Patrons Apollo.	62.f.	Populus Lunaris quis.	14.d
Pauonum primus usus Rome.	81.e	Populi fuga quid.	76.f.
wālāp Apollo. 61.f. wālām' wā.	76.c	Populæ coronæ quando in sacris Herculis.	8.b
Penates quid proprie.	77.f	Forte gemina somnij.	5.g.
Penitatis quando nullo sacrificetur.	81.b	Porta solis capricornus & cancer.	14.g. 63.c
Perfectio prima in numeris.	6.e.C. 74.e	Portarum solis altera hominum, altera deorum.	14.g
Per particula pro inter à Virgi. ponit solita.	34.c	Porca Faunus sacrificijs adhibetur.	55.g
Perseus Zenonis seruit.	94.e	Porreric utrum sacrificijs solenne.	76.b
Perseicus. Molusca nux.	85.g. 86.4	Possidonijs opinio de laetico circulo.	184
Persepolis verbum de uoto proprie dicitur.	78.4	Postmortem & Ante morte deorum cultus apud Ro. 49.f	
Phantasma quid. e.b. Phantes Apollo.	61.d	Postūs unde.	78.g
Phedon seruus ex Socratis coborte.	54.d	Potio cadem cur mercior ieiuno quām qui eibam sum- pferit esse uidetur.	134.e
Philosophia an fabulam confundere liceat.	4.e	Potus ex per arteriam fibris pulmonis illabatur.	137.b.
Philosophia ques fabulas admittat.	4.b	Præcox, præcoquus quid.	111.c
Philosophia an fabulis uti soleant.	4.e	Præliares dies qui dicantur	59.c
Philosophia meditatio est morienti.	15.b	Præmium virtutum conscientia beneficiorum.	6.e
Philosophobus mors appetenda.	ibi.	Præfesta nux que.	85.e
Philosophorum uarie felie de anima.	17.f	Prætexta origo que fuerit.	47.b.
Philosophie tres partes.	41.b.	Prætexta quo usurpari coepit à pueris.	ibid.
Philosophi serui qui extiterunt.	54.d.	Prætexta quo tempore honoris fuerit dabitus.	ibid.
Philosophie laus.	69.d.C. 138.g	Prætexta usus libertinū & eorum filij concessus.	48.e
Philosophobus omiuarii in primis speciib. i. ingenia. 123.g		Prætexta quomodo in uim nois transfiari.	48.d
Pibus minus racēdo q̄ loquēdo philosophatur.	123.b	Principio nulla origo.	34.C. 57.e

INDEX

Principio omnia ordinantur.	3.4.5.374
Proferunt quid.	76.2
Propretrare, Maturare.	111.6
Propero, Maturare.	ibid.
Premature, Maturitas.	ibid.
Proserpina quid.	66.2
Protagor apud Platonem disputatio.	4.4.2
Proterius sacrificium quod.	70.2

PROVERBIA.

Ad ungues.	60.2
Afsem elephanto dare.	71.2
Cani in Aegypto.	70.2
Dij lances pedes habent.	50.2
Gargara.	no.n
Herculi cleatum	
Homero uerum substrahere.	91.2
Ioue fulmen	
Leges bone ex malis moribus procreatae.	84.2
Mulsum quod probe tempore misericordiam esse nosso hymenio & falerno uetulo.	134.2
Opera & impensa pergit.	73.2
Qui e nuce nucleum esse nule frangat nucem.	85.2
Sexagenarios de ponte dei cire.	47.2
Seruos vocare ad piletum.	53.2
curdita Brachia.	11.2.4
Totidem nobis hojus sicc quos seruos.	53.2
Toto errare curlo.	81.2
Prudentia officia.	11.2
Pfitzach Augustum salutem.	73.2
Pubertatis anni in utroq. sexu	10.2.5
Publy Syri mimographi sententie.	74.2.2
Pudore. If celi cur rubescant.	133.2
Pueritium quid probuebat non canescere.	135.2
Pulmo humor gaudet.	138.2
Pulmone carentia potum nescient.	138.2
Punctili linea finuntur.	6.2
Punction in partes dividit non posse.	19.4.2.18.2
Purgatio seminatum quando primum monstraver.	10.2
Patredivis ea se celo & humor.	139.2
Pylades & Hyles bistriones	74.2
Pythagor & Lour.	41.2
Pythagoricis oclonarius numerus iustitia dicitur.	7.2
Pythagoricorum iurisfundiandi religio unde.	9.2
Pythagoras primus omnium coelestium fibigeratum concentum reprehendit.	17.2
Pythonis fabula	63.2
Pythonis necis ratio naturalis	63.2
Pythius Apollo unde	61.2.2.63.2

Quadratum quod quatuor angulorum est.	6.2
Quadruplicis numerus quis.	27.2
Quedilitates binae singulorum clementiorum	8.2
Quedilitates ignis diversissime inter se.	139.2
Quiescere uerbum quid significet.	111.2

OPERIS

Quatuor duplicata quadra similia efficiunt.	7.2
Quaternary & ternary nametorum leuit.	8.2
Quaternario numero deus insolubili nunculo inter se elementa deuinxit.	8.2
Quaternarius & perfectionem anime pertinet.	9.2
Quatuor uirtutum genera secundam Stoicos.	12.2
Quibus de rebus philosophandum in continuo.	12.2
Quibus de rebus interrogari quis cupiat.	124.2
Quinarij & dyadis numerorum uirtus.	8.2
Quinarius & dyadis apertissima continuatio.	ibid.
Quinarius & supera omnia & subiecta designat.	8.2
Quintus luxus.	81.2

Ratiocines seu mentis sedes in capite est.	17.2
Rome sola hoc & ceteris animalibus prestat.	17.2
Rationes Platonicorum de immortalitate animarum.	57.2
Rationes Arystotelicorum quibus anima immobilitas probatur.	38.2
Religiosi dies copulandis mystici & qui.	59.2
Religio. Religiosum quid sit & uide.	77.2
Remittere animam quid.	47.2
Aulus Gellius capite 2 libri. 18.	
Retum mundanorum an aliiquid intreat.	57.2
Retus nox sacrificiorum propria.	76.2
Romuli laus.	42.2
Romeni quomodo diem obseruantur.	45.2
Romanorum sacrorum diversitas.	ibid.
Romanii Saturnum Sterculium appellant.	49.2
Ro-populus Acca Laurentia bare.	52.2
Romuli & Remi fratrum matrix Acca Laurentia.	51.2
Romular annum in decem menses ordinavit	55.2
Romanorum luxus.	84.2
Rofcius hifrio.	82.2.28.2
Rotantes se in orbem cur uertiginem patiuntur.	19.2
Rubri maris origo.	34.2
Rubor corpori cur ex animi labore nascatur.	133.2

Satra Saturni cur aperto capite fiebant.	51.2
Sacra Iunonis Caprotina.	54.2
Sacra Anne de a quando fieri solita.	55.2
Sacra Maii vel Maius quando	ibidem
Sacris Herculis mulieres intercessi non licet.	56.2
Sacra Carnis de a.	ibidem
Segittarius cur ex homine inferam per posteriora me- bra degeneret	67.2
Saltus simulacrum cur draco subiungatur	65.2
Salus quid	ibidem
Salus cur Herculi affiguntur	81.2
Salandi studia ante triclinia	81.2
Salis admixtio cur carnes in longum usque seruit	133.2
Salis natura atq. sis	134.2
Sanctum quid	76.2
Secrum quid	76.2. et 79.2
Sancte leges	77.2
Sanguinis & spirantium receptacula	127.2
Sapientia, & sapientes quid dicantur.	11.2

INDEX OPERIS.

- Saturniliorum & saturnialium in g̃o plurali 46.4
 Saturnus decorum princeps 49. d
 Saturno decembre sacer ibidem. g
 Saturnia terra dicta cur 50. b
 Saturni origo 49. b. & metus 50. c
 Saturnus c̃m fertilium disciplines tribuant 49. b
 Saturnus mellis & fructuum repertor creditur. ibi.
 Saturnus Roma, stereolum diuīs ibi.
 Saturni tempora cur felicissima dicta sunt ibidem
 Saturnalibus ferme permis̃a licentia 50. a
 Saturnius mons in Italia ibidem
 Saturni arañi. ibidem. b
 Saturni temp̃a q̃o consecrata ibidem f.
 Saturnalia quando Romae instituta ibidem
 Saturni aedes et atrium Rome ibidem g
 Saturnus cur laevis pedes habeat ibi. g
 Saturnus xp̃o & xpo diffus ibi. h
 Saturnus Caelio patri pudenda abscondit ibi. h
 Saturnus quasi Salomonis 51. 4.
 Saturnus eis faltem manib⁹ geslat ibi.
 Saturniliorum dies xiiij. cal. tunc 52. d
 Saturnus & Opis frugum repertores ibidem.
 Saturnus unde dictus ibi. c
 Saturni & opis atra in Attica ibi.
 Saturni cur aperto capite sacrificetur ibi.
 Saturni festo cur bellum inchoaret religiosum. 59. b
 Saturnus idem deus qui & sol 67. c
 Satyrus hexana obstruit. 134. c
 Satyri Sarbini dicti. 51. 4.
 Scarus p̃fis Italie ignotus 83. b
 Scopionis somnium ad quod genus referendum sit. 5. 4
 Scopionum nomen unde 48. f
 Scorma quid, & uaria eius genera, quoq; modobis
 atendam 125. e. & 126. 4
 Scrophe cognomentum unde 48. b
 Scorpius signum in zodiaco Veneri & Marti cōs. 55. c
 Scorpius ad solem referunt. 67. c
 Scyphus Herodus poculum 52. b
 Semen quid sit 139. d. & eius natura. 100. c
 Seminis genitalia receptaculum 10. c
 Semitomoni quid sit 27. 8
 Semiramus ortus à Nino. 35. d
 Semela, Maia Bocotij appellatur 55. b
 Semente ferie que 59. c
 Semen excitantia 129. f
 Semen exilius redditus ibidem
 Semerius numerus varie religionis & potentie 7. h
 Semerius numerus solus ex suis partibus confiat ibi.
 Senes cur facilius inebriantur 130. b
 Semina siccā corpora & dura ibi.
 Semella cur siccā & humecta 133. c
 Senes faciliū ieiunium tollerant 135. g. &
 Aphorisi. li. Lephoris Hippo. 75. d. & 132. e
 Sensus numero quinq;. 11. b
 Sensus officia sepe in partibus celebrantur ibidem
 Sensus in capite uela in arte natura constituit ibidem.
- Septenarius numerus cur plenus dicatur 7. f. et. n. b
 Septenarius numerus unde constet 7. f. b
 Septenarius numerus Pallas uocatur. 7. b
 Septenario numero anima mundana generata 9. 4
 Septenarius numerus motus luna causa. ibidē. c
 Septenarius numerus cur sum luna differat 9. c
 Septem permutationes lune ibi. b
 Septem numerus conceptus & universali sitre rō est. 10. c
 Septem dicitur numerus purgari à meūtino fluxu ma
 liorem ibidem. c
 Septimo die lacum semen in mulieris uterum folliculo
 circundatur ibidem
 Septima hora uita ē ne partus sint discernit 10. c
 Septem vocales à natura inveniēt ibidem f
 Septem vocalium soni ibidem f
 Septem numerus totius corporis membra disponit ibi. b
 Septem in homine membra nigra appellata ibi.
 Septem gradus corporum 11. a
 Septem corporis partes in apero. ibi. b
 Septentrionalis circulus 18. f
 September ex Germanici appellatione 56. d
 Serapis cultus apud g̃os maximus 66. 4
 Serapis & Solis indūndua natura ibi. b
 Serapis oracula ibidem.
 Sergij Orate cognomen unde 83. b
 Sergius Orata primus balnearis pensile habuit ibi. c
 Sermo coniūciorum qualis esse debet 43. g
 Seruorū fors non contemnenda. 52. f
 Seruitus non hominum sed naturae uictium 53. 4
 Seruitus nobantia turpissima ibi.
 Serui cur interdum dominis bosiles 53. c
 Seruorū consilium non unquam amplexer. ibi. c
 Seruorū in domino fidelitas ibi. d
 Seruorū solers ingenium. ibi. f. magnanimitas ibi. g.
 animositas. b
 Seruorū opera fortitudinis in bello 54. 4
 Seruol Voleonis dicit ibidem
 Serui philosophi qui ibidem. d
 Seruū Tullij incerta dies natalis. 57. e
 Sibylla qui & Sylla 61. b
 Sicilia cur terra serax 51. 4
 Sidus quid 17. g
 Sideribus unde nomina imposita 22. c.
 Signorum capacitas latitu. zodiaci exigit 18. d
 Singula stelle uniuersitatis terra maiores 19. 4
 Signorum primum artis cur 25. e
 Signa diversorum nominum effigia potestati ibi. f
 Sigillari quid, & corindem origo 52. f. et. 54. f.
 Signa zodiaci ad naturam solis referuntur 67. 4
 Similares maiores ueris cur in aquis uideantur. 135. b
 Silentiū ne an oportunitus sermo cōuiuat & cōueniat. 12. 4. 6
 Sinapi appositum cuti cur uadus excitet 131. c
 Syrenas singulis orbibus infidere quid. 29. c
 Siphum apud inferos saecum uoluntate quid 53. g
 Myrrithus Apollo 61. b

INDEX OPERIS

Soliditas quid & unde.	6.b.C. 8.b.	Stellarum species et differentia.	17.2
Solis incertitudines quando contingant.	9.b.	Stellarum errantium proprius motus.	18.4.C. 20.c.
Sol causa nite omnium.	9.b.	Stellarum omnium per eclerites & filios motus.	18.4
Solis pars duo capricornus & cancer.	14.g. 63.e	Stellarum quæda cur nobis temp uideatur, quæda non sp.	
Sole aquariorum tenente cur membris parentetur.	14.b	Stelle singulae universa terra maiore.	19.4
Solis & lune cursus per eandem lineam.	18.e	Stelle fixe a suo moto agitantur.	20.4
Solis deliquium quando contingat.	ibid.	Stellarum fixarum motus cur nobis incognitus.	ibid.
Sol quanto minor sit sic circa.	19.d	Stellarum non nomina unde.	21.c
Solit tardior quam luna cursus.	21.4	Stelle cur maleficæ esse dicatur.	21.4
Solis ordo inter planetas.	21.d.C. 21.b	Stelle inferiorum sphaerarum proportione in zodiaco	
Sol & luna humane nite moderatores.	22.e	meare dicantur.	24.4
Solem Hecclitius fontem ex lefis lucis appellat.	21.b	Stelle aliae breviori, aliae longiori cursu zodiacum	
Solis diversa noſta.	21.b.C. 61.e	percurrent.	24.4
Solis magnitudo.	23.b.C. 24.c	Stereon corpus quod.	6.b
Solis regressus à ſunibus tropicorum.	33.d	Stratonis obſervatio circa fabrica humani	
Solidæ corpora quoq; diſtensionib; diſtendentur.	18.b	corporis.	10.4
Solis annus duodecim mens.	36.4.C. 57.f	Stomachus pater familiæ medicis dictus.	117.c
Solis cursus quoq; diebus perficiatur.	57.f	Styli dicendi dno.	90.f
Solem à mortua, dicunt	61.c.C. 64.d	Sumptuaria leges cedem cibarie dilectæ.	85.4
Sol boni consilii creditur antifler.	64.e	Superficies ultimus terminus corporum.	64.b
Sol cur Dionysius dictus.	64.d	Superficies unde.	8.b.C. 18.c
Solit ueneratio sub nominibus Scapris & Iſidis.	66.a	Sus pregnans cur Maie sacrificijs maleficietur.	55.f
Soli ornamenti ſub naic Attini.	66.f	Syene ciuitatis ſitus.	33.f
Soli oculis.	66.g	Symphonia musicæ quinq; & unde conſent. 27.g. 18.4	
Soli ſimilacrum apud Aegyptios	66.g	Zoſyria, quid & quo numerio.	51.f
Sol maturinus cur ſolito maior uideatur.	157.4		
Solitaria unde dicta.	33.d. 66.b	T antia fabula quid mysterij habeat.	15.2
Solitaria laus ampla.	42.c	Tarquinius Priscus Demerati filius.	47.b
Somniorum quinq; genera.	4.b.C. 5.4	Tarentina nux.	85.g.
Somnium quid sit.	5.d.	Tarentinum.	
Somnii Scipionis que genera ſomni complectatur.	5.d	Taurus signum cur Veneri effigiatum.	55.c
Somnis que pro ueris habenda ſunt.	5.f	Taurus figura ad naturam ſolis refertur.	67.4
Somni gemina porte.	5.g	Taurus quibus diis immotetur	80.e
Somni portæ ex eborate & cornu.	5.g.	Tempus motus concepti ſuctus in utero.	8.b
Somniorum lex.	11.d.	Temperantia efficia.	12.4.e
Somni Homericæ ueritas.	11.e	Temperate zœa terminus.	33.d
Sonus puerorum quando in uerba prouumpet.	10.e	Tempus ante mundum non fuit.	35.4.C. 50.b.
Sonus tunc minor, ſemitonum dicitur.	27.g	Tempora ſoli cursus efficiunt.	35.e
Soni muſici cur sacrificijs adhibiti.	29.d	Tempus quid sit.	50.b
Sonus unde fiat.	30.b	Ternarij & quaternarij numerorum laus.	8.d
Sonus quid aut acutior aut grauior proferat.	30.b	Ternarij aut perficieſione deſignat.	9.c
Sonus celeſtium corporum cur à nobis non audiuntur.	30.f	Terra tota pauci inſler ad ecclum.	19.4.31.b
Sors feruorum non contemnda.	52.g	Terra punctum ad magnitudinem circulorum.	19.d
Sphaerarum uagantium 7 ordines	9.e	Terra immobili heret.	21.b.C. 33.g
Sphaerarum uagantium motus inferior a queq; gubernat.	(nat. 9.e)	Terra aëris & aquæ ſex.	21.b
Sphera quid sit. 17.b		Terra mensura quoties multiplicata quantitatem	
Sphera extima quo ſenſu ſummus deus vocetur.	20.e	ſolis efficiat.	23.c.
Sphaerarum singularium circulorum diuifo.	24.d	Terre umbra unde fiat.	23.f
Sphera prima aplanæ vocatur.	30.d	Terre ambitus quoq; milium ſtadiorum.	23.f
Sphera prime motus quis.	30.d	Terra cur immobili heret.	26.4
Sphaerarum uagantium motus qui.	30.d	Terram nonam & ultimam ſphaeram horizon	
Squalere uerbum quid Virg. ſignificet.	121.f	diuidit.	31.b
Squamiferis medica uis	140.b	Terre quinq; zone.	31.b.
Statue feri que.	59.d	Terra Saturnia diuia.	49.b
Stati dies qui dicantur	59.g	Terre pars que ſub pedibus nostris eſt habitetur,	
Stelle quid sit.	17.g	& diuina eſt zonis perinde ac noſtra.	31.b

INDEX OPERIS

Terre quam habilitatis latitudo.	34.g.	Vinum defecatum cur validius.	134.4
Terra Opi dicta.	51.c	Vina cur in Aegypto frigida.	131.f
Terra bimpherium duplex	66.c	Vinum optimum quod uenitissimum.	134.b
Tessera cubus dicta.	6.b.C. 18.d	Vinum cur semper uis est in aere corruptatur.	134.c
Thaumax et amygdala.	85.f	Vinum quod in melio usus est cur optimum.	134.d
Theocritus Chius propter somme occisus.	125.b	Vina cur manu uel raro congelant.	137.4
Theophrasti sententia de Lutico circulo.	18.c	Virgilii leuus 9.e.C. 16.c.C. 34.4.C. 59.f.C. 60.b.C.	et
Theron rex citerioris Hispanie.	65.g	68.b.C. 69.c.C. 76.e.C. 90.b.g.C. 104.f	
Thyrsos Apollo unde.	51.c	Virgilii Homerice perfectionis in oibis imitator. 11.f	
Thymbrus Apollo unde.	61.b	Virgilii epistles ad Augustum.	69.c
Timentes quare laxamentum uentris patientur.	133.g	Virgilii portifex maximus.	69.c
Tityonis iecur à uidente tondi quid sit.	13.g	Virgilii summus augur.	69.c
Toga picta et praetexta insignia magistrorum		Virgilii propriissime uerbis ad sacrificia pertinente	
Hetruscorum.	47.b.	bus usus est. 76.b per totum.	
Toma quid et eius diuisio.	27.g	Virgiliana aeneis unde effigia.	90.h
Transmittere curia campo.	115.f.	Virgilii et Homerici uersuum collationes ferre per	
Tremor unde.	133.g.	totum quantum librum.	
Tria in omni motu.	38.g	Virgilii scedula emulatio Homeri. epibetoru	104.b
Trigonum corpus quod	6.g	Virgilii declinationes greci maxie obclatissimae.	108.b
Triplaris numerus quis.	27.g	Virgilii cur Acheloum pro aqua posuerit.	108.4
Tria ad effectum uelendi necessaria.	137.4	Virgilii non nisi ab his qui græce calluerint in-	
Tritones cur in eis Saturni uideantur.	50.g.	tellegi posse.	115.b
Trimundus dies quis.	60.c	Virgilii quos uetus fci ex dilectione sui uel penitenti-	
Tristis pro amero.	119.c	fidos ex alijs strax erit, folij. 113.114.115.116.117.118.	
T. Hoophilus tertius Romanorum rex.	47.b	Virgilii quibus epithetis uisus sit.	119.4.e.f
T. Hoophilus pretexit eum primus inserviuit.	ibid.	Virgilii quibus figuris uisus sit.	120.e
Tuba ex à litho auguri diuferat.	121.g	Virgilii loci explicantur.	111.g
Tutela seu Philotis auxilia.	54.c	Virgo signum cur manu etiama habeat.	67.b
Tutela ius in pueris ad usq. 14. annum.	10f	Virtutum stabiliora premia.	6.e.
V Arinios lapidatus.	73.f.	Virtus sola beatoe efficit.	12.4
Veneris filie unde notabilis benignitas.	21.d	Virtutum officia secundum Stoicos.	11.4
Venus unde procreata.	50.b	Virtutum quatuor genera secundum Platonicos.	11.5
Veneris Architibis apud Assyrios maximamente.	66.c.	Virtutis fructus in quo confusat.	35.4
Veneris dea imago cur obnupto capite	66.d	Virtutum duplex genus.	41.d.
uideatur.	66.d	Vitiosator Diotrysus.	119.g
Venerem promovantia.	119.f	Vitiosi quid.	76.c
Ventrus duo orificia.	127.c	Vitiosa data leticie preser.	ibid.
Ventrus laxamentum cur timorem comeditur.	133.g.	Visio quid, et quomodo fuit.	5.c.C. 137.4
Vene quomodo uacueant et obstruantur.	134.g.	Vllos Apollo.	61.g
Verba obsoleta ex auctor atque fungienda.	46.b.	Vmbra et terra unde.	23.f
Vesper pars diei et unde.	45.c	Vmbra cuiuslibet corporis quo modo pellatur.	33.f
Vespere dea aris quando nouis ignis accendebatur.	55.g	Vmbilicus in homine recens nato quando apparet.	10.e
Vespis quid sit.	111.d	Vmbri quod diem diuferunt.	45.b
Vc particula.	ibid.	Vnitas apud geometras primum locum obtinet.	6.b
Vexare uerbum quid significet.	111.b	Vnitas sors et origo omnium monstorum.	7.f
Vicissitudinis humerorum rerum causa.	35.c.	Vnguibus hois nullus sensus inest.	132.c
Vidua unde dicta.	59.c.	Vno Cleopatra regina Aegypti.	85.c
Vini natura et medica uis.	134.c.	Vocales septem a natura, et earum pronuntiatione.	10.f
Vinum fomes et incitabulum ingenij.	75.4	Vocalium soni secundum numero.	ibid.
Vinum natura et refrigidum et calidum.	129.4	Voces quibus Virg. primus uisus esse uidetur.	118.4
Vinum aconito haustu medetur.	129.c.	Volupie deo facillim ubi.	52.b
Vinum sudore defessu, et laxato uentre cur	119.f.	Vomere undam non indegenter a Virg. positum.	118.c
ingeratur.	ibid.	Vox cur in sois et ewuebis sit temet.	133.4
Vino cur informis oblinatur.		Vrente cur oclame Misserum.	29.c
		Vrber quomodo denunciantur.	80.c
		Vri gallica nox.	109.c

INDEX OPERIS.

Vrins potus retrimentiun.	133.g	Zodiaci signa ad naturam solis refringuntur.	67.4
Surpondi lex.	454. C. A. Gel. cap. 2. lib. 3	3γράς latine libra, signum zodiacum.	55.4
Vulnerum multa genera	86.e	Zone quinq[ue] terre.	31.b
Vulnera ex eteo mortione scida cur minus noxia.	140.d	Zonarum carli procul à sole positerum perpetuum frigus.	21.g
Z odiacus quo latitudinem adeps sit	18.4	Zone quinq[ue] habitabiles quinq[ue] itinē habitationis impatiens.	31.c
Zodiacus unus ex quibus signis constet	42.4	Zone eadem terre insunt que celo.	33.4
Zodiacus in duodecim partes diuisus.	24. d.b	Zone temperate quis finis.	33.d
Zodiacus signis appellatus	25.e	Finis.	
Zodiacus inter ambas temperatas volvitur.	34.c		

ERRATVLA.

Folio. 8. facie. 1. acer. 2. c. 1. q. γελατη. Fol. 9. fa. 1. acer. 3. 8. 4. mī. δ. 7. Fol. 18. fa. 2. acer. 27. Similiter. Fol. 11. fa. 2. acer. 1. qui. Fol. 30. fa. 1. acer. 11. faciemus. Fol. 40. fa. 1. acer. 1. 4. quod non. Ibidem. 14. post. poteſt. Fol. 4. 4. fa. 1. acer. 19. negotia. Fol. 31. fa. 1. acer. 13. lambos caprigenos, fortē legendum. Fol. 36. fa. 2. acer. 16. fittere. Folio. 33. facie. 2. post. uersum (Veritatis in) subde hoc ex oleano illudor:

επ δέ τινος λοκατος λακατζημ φάσει διλοιο
ελακη μίτη μιλανηρ ίδιη. ζωδηηρ εγγεγη.



SOMNIUM SCIPIONIS

EX LIBRO SEXTO CICERONIS DE REPUBLICA EXCERPTVM.



VM IN AFRICAM VENISSEM, ANNIO MANLIO CONSULE ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militū nihil mihi potius fuit, q̄ ut Masini. Iam conuenirem regem, familiæ nostræ iustis de causis amicissimū. Ad quem ut ueni, complexus me senex, collachrymauit: aliquāto pōst suspexit ad cœlū, & grates, inquit, tibi ago summe Sol, uobisq; reliqui cœlites, quod antequam ex hac uita migro, confuncio in meo regno, & his tectis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine recreor ipso. Itaq; nunquam ex animo meo discedit illius optimi atcq; iniuctissimi uiri memoria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra repu. percontatus est: multisq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis consumptus est dies. Pōst autem regio apparatu accepti, sermonem in multam noctem produximus, cū senex nihil nisi de Africano loqueretur, omniaq; eius non facta solum, sed etiam dicta meminisset. Deinde ut cubitus discelsum, me & defessum uia, & qui ad multam nocte uigilasse, arctior quam solebat somnus complexus est. Hic mihi (credo equidē ex hoc quod eramus locuti: sit enim saepē ferè, ut cogitationes sermonesq; nostri pariāt aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet saepissime uigilans solebat cogitare & loqui) Africanus se ostendit, ea forma, quæ mihi ex imagine eius q̄ ex ipso notior erat. Quē ut agnoui, equidem cohorui. Sed ille, ades inquit animo, & omittit timorem Scipio: & quæ dicam, memoriae trade. Vide ne illam urbē, quæ parere Po. R. o. coacta per me, renouat pristina bella, nec potest quiescere. (Ostendebat autem Carthaginem, de excelsō & pleno stellarum illustrī & claro quodam loco) ad quam tu D oppugnandam nunc uenis penè miles. Hanc hoc biēnio consul euertes, eritq; cognomen hoc tibi per te partum, quod habes adhuc hereditarium à nobis. Cum autem Carthaginem deleueris, triumphum egeris, cēsorq; fueris, & obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graciam, delegere iterum cōsul absens, bellum maximum conficies, Numantiam excides. Sed cum eris curru Capitolium inuestus, offendes remp. perturbatam consilijs nepotis mei. Hic tu Africane ostendas oporebit patræ lumen animi, ingenij, cōsiliijq; tui. Sed eius temporis ancipitem uideo quasi fatorum uiam. Nam cum artas tua septem nos octies solis anfractus redditusq; conuerterit, duoq; hi numeri (quorum plenus, alter altera de causa habet) circuitu naturali, summam tibi fatalem conferent, in te unum atcq; in tuum nomen se tota conuertet ciuitas. Te sensus, te omnes boni, te socij, te Latini intuebuntur. Tu eris unus, in quo nitatur

ciuitatis salus. Ac ne multa, dictator rempu. constitutas oportet, si impias pro-
 pinquorū manus effugeris. Hic cum exclamasset Lælius, ingenuissentib⁹ cœ-
 teri uenientius, leniter arridens Scipio, quæso, inquit, ne me à somno excite
 tis, & pax sit rebus. Audite cætera. Sed quo sis Africane alacrior ad tutādām
 rempu. sic habeto: Om̄ibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint,
 certum esse in celo & definitum locum, ubi beati sempiterno ævo fruant. Ni
 hil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit (quod quidem in ter-
 ris fiat) acceptius, quam cōcilia eccl̄asq; hominum iure sociati, quæ ciuitates
 appellantur. Harum rectores & conseruatores hinc prolecti, huc reuertuntur.
 Hic ego, & si eram perterritus, non tam mortis metu, quam insidiarum à me-
 is, quæsiui tamē uiueré ne ipse, & pater Paulus, & alij quos nos extictos ar-
 bitrabamur. Imo uero, inquit, si uiuunt, qui è corpore uinculis tanquam è car-
 cere euolauerunt. Vestra uero quæ dicitur uita, mors est. Quin tu aspicias ad
 te ueniētem patrem Paulum. Quem ut uidi, euidem uim lachrymarum pro-
 fudi: ille autem me complexus atque osculans, flere prohibebat. Atq; ego ut
 primum fletu represso, loqui posse ceipi, quæso, inquam, pater sanctissime at-
 que optimè, quoniam hac est uita, ut Africanum audio dicere, quid moror in
 terris? quin huc ad uos uenire propero? Nō est ita, inquit ille. Nisi enim is, cu-
 ius hoc templum est omne quod conspicis, istis te cor poris custodijs liberaue-
 rit, huc tibi aditus patere nō potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui
 tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium uides, quæ terra dicit:
 hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas uoca-
 tis, quæ rotundæ & globosæ diuinis animatae mentibus, circulos suos orbēs
 q; consiciunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi, & pijs omnibus retinen-
 dus animus est in custodia corporis, nec iniussu eius, à quo ille est nobis da-
 tus, ex hominum uita migrādum est, ne munus humanum assignatum à deo,
 defugisse uideamini. Sed sic Scipio, ut auus hic tuus, ut ego qui te genui, iusti-
 tiam cole & pietatē: quæ cum magna in parentibus & propinquis, tum in pa-
 tria maxima est. Ea uita, uia est in cœlum, & in hunc eccl̄um eorū, qui iam ui-
 xerūt, & corpore laxati illum incolunt locum, quem uides, (erat autem is splē-
 didissimo candore inter flamas eluens circulus) quem uos (ut à Graijs acce-
 pistis) orbem lacteum nuncupatis. Ex quo omnia mihi contemplanti, præcla-
 ra cætera & mirabilia uidebantur. Erant autem hæ stellaræ, quas nunquam ex
 hoc loco uidimus: & hæ magnitudines omnium, quas esse nunquam luspiciati
 sumus. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima à celo, citima terris luce luce-
 bat aliena. Stellarum autem globi, terræ magnitudinem facile uincebant. Iam
 uero ipsa terra ita mihi parua uisa est, ut me imperij nostri, quo quasi punctū
 eius attingimus, peneriteret. Quam cum magis intuerer, quæso (inquit Africa-
 nus) quousq; humi desixa erit tua mens? Nonne aspis quæ in templo uene-
 ris? Nouem tibi orbibus uel potius globis cōnexa sunt omnia, quorū unus
 est cœlestis extimus, qui reliquos complectitur omneis, summus ipse deus, ar-
 cens & continens cæteros, in quo sunt infixi illi qui uoluuntur stellarum cur-
 sus sempiterni. Cui subiecti septem, qui uersantur retro contrario motu atque
 cœlum. Equibus unum globum possider illa, quam in terris Saturniā nomi-
 nant.

A nani. Deinde hominū generi prosper & salutaris ille fulgor, qui dicitur Louis,
 Tum rutilus & horribilis terris, quem Martē dicitis. Deinde subter mediā fe-
 rē regionē sol obtinet, dux & princeps & moderator luminū reliquoꝝ, mens
 mundi & tempatioꝝ: tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret & compleat.
 Hūc ut comites consequunt̄ Veneris alter, alter Mercurij cursus. In infimoꝝ
 orbe luna radijs solis accensa conuertit. Infra autem eā nihil est nisi mortale &
 caducum, præter animos munere deoꝝ hominum generi datos. Supra lunam
 sunt aeterna omnia. Nam ea quæ est media & nona tellus, necꝝ mouet, & insi-
 ma est, & in eam ferunt̄ omnia nutu suo pondera. Quæ cum intuerer stupens,
 ut me recepi: quid hic, inqꝫ, quis est, qui compleat aures meas, tantus & tam dul-
 cis sonus? Hic est, inquit ille, q interuallis coniunctus imparibus, sed tñ pro ra-
 ta parte ratione distinctis, impulsuꝝ & motu ipsorū orbium conficitur: & acuta
 cum grauib⁹ temperans, uariòꝝ æquabiliter concētus efficit. Nec enim silen-
 tio tñ motus incitari possunt: & natura fert, ut extrema ex altera parte graui-
 ter, ex altera aut̄ acute sonent. Q̄am ob causam summus ille stellifer celi cur-
 sus, cuius conuersio cōcitatiōnē est, acuto & excitato mouetur sono: grauissimo
 aut̄ hic lunaris atqꝫ insimus. Nam terra non immobilis manēs, tma fede sem-
 per haeret, complexa mediū locū mūdi. Illi autem octo cursus, in quibus eadē
 uis est modorū, septem efficiunt distinctos interuallis sonos, qui numerus re-
 rum oīnium ferē nodus ē. Quod docti homines neruis imitati atqꝫ cantibus,
 aguerunt sibi rediū in hunc locum: sicut alij, qui præstantibus ingenij, in ut-
 ta humana, diuina studia coluerunt. Hoc sonitu oppleret aures hominū obsur-
 C duerunt: nec est ullus hebetior sensus in uobis. Sicut ubi Nilus ad illa quæ Ca-
 tadupa nominant̄, præcipitat̄ ex altissimis montibus, ea gens quæ illum locū
 accolit, propter magnitudinē sonitus sensu audiendi caret. Hic uero tantus est
 totius mundi incitissima conuersione sonitus, ut eum aures hominū capere
 non possint: sicut intueri solē aduersum nequit, eiusqꝫ radijs acies uestra sen-
 susqꝫ uincit. Hæc ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidē.
 Tunc Africanus: Sentio, inquit, te sedem etiā nunc hominum ac domū con-
 templari: quæ si tibi parua, ut ē, ita uidetur, hæc coelestia semper spectato, ista
 humana contemnit. Tu enī quam celebritatem sermonis hominum, aut quā
 expetēdam consequi gloriam potes? Vides habitari in terra raris & angustis
 in locis, & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, uastas solitudines interiectas:
 D hosqꝫ qui incolunt terrā, non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsis ab
 alijs ad alios manare possit: sed partim obliquos, partim trāuersos, partim etiā
 aduersos stare uobis, à qbus expectare gloriā certe nullā potestis. Cernis
 aut̄ eandem terrā quasi quibusdā redimitā & circundatā cingulis. E quibus du-
 os maxime inter se diuersos, & ipsis uerticibus celi ex utrāqꝫ parte subnixos
 obriguisse pruina uides: medium aut̄ illum & maximum, solis ardore torrei.
 Duo sunt habitabiles, quorum australis ille, in quo qui insistūt, aduersa uobis
 urgent uestigia, nihil ad uestrū genus. Hic autem alter subiectus aquilonis
 quem incolitis, cerne cū tenuiuos parte contingat. Omnis autem terra quæ co-
 lit a uobis, angustata uerticibus, lateribus latior, parua quædam insula est, cir-
 cunfusa illo mari, quod Atlantiū, quod magnum, quod Oceanum appellatis

in terris: qui tñ tanto nomine q̄ sit parvus uides. Ex his ipsis cultis notisq; ter-
ris, num aut tuum aut cuiusc̄ nostrum nomē, uel Caucasum hūc, quē cernis,
transcedere potuit: uel illum Gangem transtare: uel quis in reliquis orientis
aut obcuntis solis ultimis, aut aquilonis austri' ue partibus tuū nomē audier?
Quibus amputatis, cernis prosector, quantis in angustijs uestra se gloria dilata-
ri uelit. Ipsi autem qui de uobis loquuntur, q̄ loquentur diu. Quinetiam si cu-
piat proles illa futurorū hominū deinceps laudes uniuscuiusc̄ nostrum à pa-
tribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluuiiones exustionesq; terra-
rum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non æternā, sed ne diu-
turnā quidem gloriam assequi possumus. Quid aut interest, ab his qui postea
nascentur, sermonem fore de te, cum ab his nullus fuerit qui ante nati sunt, qui
nec pauciores, & certe meliores fuerunt uiri: præsertim, cum apud eos ipsoꝝ à
quibus audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni memoriam consequi
possit. Homines autem annum tantum solis, id est, unius astri redditum metun-
tur: re ipsa autem, cum ad idem, unde semel prosectora sunt, cuncta astra redie-
rint, eandemq; totius cœlū descriptionem longis interuallis retulerint, nunc il-
le uere uertes annus appellari potest, in quo uix dicere audeo, quā multa ho-
minum secula teneantur. Nanc̄ ut olim sol desicere hominibus extinguiq; ui-
sus est, cum Romuli animus hac ipsa in templo penetravit: ita quandoq; cum
ab eadem parte sol, eodemq; tempore iterum defecerit, num signis omnibus stel-
lisq; ad idem principium reuocatis, expletum annum habeto. Cuius quidem
anni nondum uiceliam partem scito esse conuersam. Quocirca si redditum in
hunc locū desperaueris, in quo omnia sunt magnis & præstantibus uirtutis, q̄pti
tandem est ista hominum gloria, quæ pertinere uix ad unius anni partem ex-
iguam potest. Igitur alte spectare si uoles, atq; hāc sedem & æternam domum
contueri, necq; te sermonibus uulgī dederis, nec in præmijs humanis spem po-
sueris rerum tuarum. Suis te illecebris oportet ipsa uirtus trahat ad uerum de-
cus. Quid de te alij loquantur, ipsi uideant, sed loquentur tamen. Sermo enim
ille omnis, & angustijs cingitur his regionum quas uides, nec unquam de ul-
lo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extin-
guitur. Qyæ cum dixisset, ego uero, inquam, Africane, siquidem benemeritis
de patria quasi limes ad cœli aditum pater: quanquam à pueritia uestigijs in-
gressus patris & tuis, decori uestro non defui, nunc tamen præmio tanto pro-
posito, enīta multo uigilantius. Et ille: Tu uero enītere, & te habeto non esse
mortalem, sed corpus hoc. Nec enim tu is es, quē forma ista declarat: sed mens
cuiuscq; is est quicq;: non ea figura quæ digito demōstrari potest. Deum te igi-
tur scito esse, siquidem ē deus qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui prouidet,
qui tam regit & moderatur & mouet id corpus, cui præpositus est: quā hūc
mundum ille princeps deus. Et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse
deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Nam quod sem-
per mouetur, æternum est: quod autē motum affert alicui, quodq; ipsum agi-
tatur aliunde, quando sinem habet motus, uiuendi sine habeat necesse est. So-
lum igitur quod se mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam ne moue-
ri quidem desinit: quinetiam cæteris quæ mouentur, hic sors, hoc principium

A mouendi. Principio autem nulla est origo. Nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re alia nasci potest: nec enim id esset principiu[m], quod gigneretur aliunde. Quod si nunq[ue] oritur, nec occidit quidem unq[ue]. Nam principium extinctu[m], nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit. Siquidē necesse est à principio oriri omnia. Ita sit, ut motus principium ex eo sit, quod à seipso mouet. Id autem nec nasci potest, nec mori: uel conclat omne cœlum, omnisq[ue] natura consistat necesse est, nec uim ullā nanciscatur, qua à primo impulsu moueat. Cum pateat igitur, eternum id esse, quod à seipso moueat, quis est qui hanc naturam animis esse tributam negat. Inanimum autem est omne quod impulsu agitat extero. Quod enim est animal, id motu cietur interiore & suo. Nam haec est propria natura animæ atq[ue] uis. Quæ si est una ex omnibus quæ se moueat, neq[ue] nata certe est, & eterna est. Hanc tu exerce optimis in rebus. Sunt autem haec optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, uelocius in hanc sedem & domum suā peruolabit. Idq[ue] ocyus faciet, si iam tum cum inclusus erit in corpore, eminebit foras: & ea quæ extrâ erunt cōtemplans, tñmaxime se à corpore extrahet. Nanc[em] coru[m] animi qui se uoluptatibus corporis dediderunt, earuq[ue] se quasi ministros præbuerūt, in pulsuq[ue] libidinum uoluptatibus obedientium, deorum & hominum iura uiolauerunt, corporibus elapsi circum terrâ ipsam uoluntantur, nec hunc in locum nisi multis exagitati seculis, reuertuntur. Ille discessit, ego somno solutus sum.

MACROBII AVRELII

THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLVSTRIS EN SOMNIVM SCIPIONIS EXPOSITIONIS QUÆLEGANTISSIME LIBER PRIMUS.

Quæ differentia & quæ similitudo sit inter Platonis ac Ciceronis de rep. libros. Curq[ue] aut ille insidium Eri, aut hic somnium Scipionis operi suo ascuerit.

Caput I.



INTER PLATONIS ET CICERO-
nis libros q[ui] de rep. uterq[ue] constituit, Eustachi filii uitæ mihi dulcedo pariter & gloria, hoc iteresse prima differentia.
fronte, p[ro]speximus, q[uod] ille remp. ordinavit, hic reuolut.
Alter qualis esse deberet, alter q[ui]lis esset à maioribus
instituta, differuit. In hoc tñ uel maxime opis simili-
tudinē seruauit imitatio, q[uod] cū Plato in uoluminis cō-
clusione à quodā uitæ redditio, quam reliquissime uide-
ba[re], indicari faciat, qui sit exutarū corporibus status
animarum, adiecta his quadam sphærarum uel siderum non otiosa descriptio
ne: rerum facies non dissimilia significans, à Tulliano Scipione per quietem si-
bi ingestâ narrat. Sed quod uel illi cōmento tali, uel huic tali somnio in his
potissimum libris opus fuerit, in quibus de rerump. statu loquebatur, quod ue-
attinuerit inter gubernandarum urbium constituta, circulos, orbes, globosq[ue]
describere: de stellarum modo, de cœli conuersione tractare, quæsitu dignum
& mihi uisum est, & alijs fortasse uideatur: ne uiros sapientia præcellentes, ni-
hilq[ue] in uestigatione ueri nisi diuinum sentire solitos, aliquid castigato op[er]i ad-

similitudo.

*Cur est Plato
Eri resuivit
tē, aut Cicer
Scipionem fo
men excitat
indexcrit.*

a ij ie.

iecle superfluum suspicemur. De hoc prius ergo pauca dicenda sunt, ut liquido mens operis de quo loquimur, innofcat. Rerum omnium Plato & actuum naturam penitus inspiciens, aduertit in omni sermone suo de reipublicae institutione proposito, infundendum animis iustitiae amorem, sine qua non solū res publica, sed ne exiguis hominum ceteris, nec domus quidem parua constabit. Ad hunc porro iustitiae affectum pectoribus inculcandum, nihil æque patrocinatur uideat, quam si fructus eius non uideretur cum uita hominis terminari. Hunc uero superftitem durare post hominem, qui poterat ostendi, nisi prius de animæ immortalitate conftaretur. Fide autem facta perpetuitatis animalium, consequens esse animaduertit, ut certa illis loca nexus corporis absolu tis, pro contemplatu probi improbi ue meriti, deputata sint. Sic in Phedone, inexpugnabilium luce rationum anima in uerâ dignitatem propriæ immortalitatis asserta, sequitur distinctio locorum, quæ hanc uitam relinquētibus ea lege debentur, quam sibi quisq; uiuendo sanxerit. Sic in Gorgia post peractā pro iustitia disputationem, de habitu post corpus animalium, morali grauitate Socratis dulcediniis ammonemur. Idem igitur obseruantur secutus est in illis præcipue uoluminibus, quibus statum reipublicæ formandum recepit. Nam postquam principatum iustitiae dedit, & docuit animam post animal non perire, per illam demum fabulam (sic enim quidam uocant) quò anima post corpus euadat, uel unde ad corpus ueniat, in fine operis afferuit: ut iustitiae uel cultæ præmium, uel spretæ poenam animis quippe immortalibus subiurisq; iudicium, seruari doceret. Hunc ordinem Tullius non minore iudicio referuās, G quam ingenio repertus est. Postquam in omni reip. otio ac negotio palmā iustitiae disputando dedit, sacras immortalium animalium sedes, & coelestium arcana regionum, in ipso consummati operis fastigio collocauit: indicās quò his peruenientium uel potius reuertendum sit, qui rem, cum prudentia, iustitia, fortitudine, atq; moderatione tractauerint. sed ille Platonicus secretorum relator Er quidam nomine fuit, natione Pamphylius, miles officio: qui cum uulneribus in prælio acceptis uitam effudiisse uifus, duodecimo demum die inter ceteros unā per epos ultimo effet honorandus igne, subito seu recepta anima, seu retenta, quicquid emensis inter utrancq; uitam diebus egerat uiderat ue, tanquam publicum professus iudicium, humano generi nuntiauit. Hanc fabulam Cicero licet ab indoctis quasi ipse ueri conscius doleat irrisam, exemplum tam stolidæ reprehensionis uitans, excitar narraturum q; reuiuiscere maluit. H

Quid respondentem Colori Epicureo, patenti philosopho nō esse intendum fabulis: quasq; fabulas phi lo sophia recipiat, & quando his philosophi soleant uiri.

Caput II.

A priori q; somnij uerba consulamus, enodandum nobis est, à quo genere hominum Tullius memoret uel irrisam Platonis fabulam, uel ne idem sibi ueniat non uereri. Nec enim his uerbis uult imperitū uulgus intelligi, sed genus hominum ueri ignarum sub peritiae ostentatione: quippe quos & legiile talia, & ad reprehendendum animatos conftaret. Dicemus igitur, & quos in tantum philosophum referat, quādarn censuræ exercuisse levitatem, quis ue eorum etiam scriptam reliquerit accusationem: & postremo, quid pro ea duntaxat parte, quæ huic operi necessaria est, responderi conueniat

A at obiectis. Quibus, qđ factu facile est, eneruatis, iam quicquid contra Cicero
nis opinionē etiā in Scipionis somnium, seu iacula^{tus} est unq̄ morsus liuoris,
seu forte iacula^{tus}, dissolutum erit. Epicureor^z tota factio æquo semp^{er}
tore à uero deuia, & illa extimans ridenda quæ nesciat, sacrum uolumē & au-
gustissima irrisit nature seria. Colores uero inter Epicuri auditores loquacita-
te notabilior, etiā in librura retulit, quæ de hoc amarius cauillatus est. Sed cæ-
tera quæ iniuria notaui (siquidem ad somnium de quo hic procedit sermo, nō
attinent) hoc loco nobis omittenda sunt. Illam calumniā perseguemur, quæ ni-
si suppolletur, manebit Ciceroni cum Platone communis. Ait enim à philoso-
pho fabulā non oportuisse confingi, quoniam nullum signeti genus ueri pro-
fessoribus conueniret. Cur enim, inquit, si rerum coelestium notionem, si habi-

Quid Platonis
obiecerūt Co-
lores Epicure
ns.

Responso.

B tum nos animarum docere uoluisti, non simplici & absoluta hoc insinuatione
curaure est, sed quæsita persona, casusque excogitata nouitas, & composita aduo-
cati scena figmenti, ipsam querendi ueri ianuā mendacio pollueret. Hęc quo-
niā cum de Platonico Ero iactantur, etiā quietem Africani nostri somnian-
tis incusant: (Vtracque enim sub apposito argumēto electa persona est, quæ cō-
moda enuntiandis haberet) resistamus urgēti, & frustra arguens refellat calu-
minia: ut una dissoluta, utriusque factum, incolumem, ut fas est, retineat dignita-
tem. Nec omnibus fabulis repugnat philosophia, nec omnibus acquiescit. Et ut
facile secerne possit, quæ ex his ab se abdicet, ac uelut profana ab ipso uestibulo
sacræ disputationis excludat, quæ ue etiam sape ac libenter admittat, diuisio-
num gradibus explicandum: Fabulae, quæ nomē indicat falso professionem,
aut tantum conciliandæ auribus uoluptatis, aut adhortationis quoque in bona
frugē gratia repertæ sunt. Auditum mulcent, uelut comoediæ, quales Menan-
der, eius ue imitatores agendas dederunt: uel argumenta fictis casibus amato-
rum referta: quibus uel multum se Arbiter exercuit, uel Apuleium nonnumque
lustris miramur. Hoc totum fabular^z genus, qđ solas aurium delicias profite^t,
è sacrario suo in nutricum cunas, sapientiae tractatus eliminat. Ex his autē quæ
ad quandam uirtutum speciem intellectum legentis hortantur, sit secunda dis-
cretio. In quibusdam enim & argumentum ex ficto locatur, & per mendacia
ipse relationis ordo contexitur, ut sunt illæ Aesopiac fabulae elegantiæ fictionis
illustres. At in alijs argumentū quidē fundatur ueri soliditate, sed haec ipsa ue-
ritas per quædā composta & ficta profertur: & haec iam uocat narratio fabu-
losa, non fabula: ut ceremoniar^z sacra Hesiodi & Orphei, quæ de deor^z proge-
nie actu ue narrantur: ut mystica Pythagoreor^z sensa referunt. Ergo ex hac se-
cunda diuisione quam diximus, à philophilie libris prior species, quæ conce-
pta de falso per falso narrat, aliena est. Sequens in aliam rursus discretionem
scissa, diuiditur. Nam cum ueritas argumento subest, solaque sit narratio fabulo-
sa, non unus reperitur modus per figmentum uera referendi. Aut enim conte-
xtio narrationis per turpia & indigna numinibus, ac monstro similia compo-
nitur: ut dei adulteri, Saturnus patris Cæli pudenda absindens, & ipse rursus
à filio regno potito in vincula coiecius: quod genus totum philosophi nescire
malunt. Aut sacrarū rerum notio sub pio figmentor^z uelamine, honestis & te-
cta rebus, & uestita nominibus enuntiāt. Et hoc est solum figmenti genus, qđ

Quæ fabulas
philosophia re-
iicit, et quæ
recipiat.

cautio de diuinis rebus philosophantibus admittit. Cum igitur nullam disputati-
onem pariat iniuriam uel ēr index, uel somnians Africanus, sed rerum sacrarum
enuntiatio integra sui dignitate his sit tecta nominibus, accusator tandem edo-
ctus à fabulis fabulosa secertere, congregat. Scindū est tñ, non in oēm dispu-
tationē philosophos admittere fabulosa uel licita, sed his uti solēt, cū uel de ani-
ma, uel de aēreis uel de æthereis potestatibus, uel de cæteris dijs loquunt̄. Cæ-
teri cum ad summū & principē oīm deūm, q̄ apud græcos τεχνητοποιησαν
nuncupat̄, tractatus se audet attollere: uel ad mentē quā Græci r̄s appellat̄, ori-
ginales res species q̄ uero dictæ sunt continentē, ex summo natā & plectā deo:
cum de his inq̄ loquunt̄, summo deo & mente, nihil fabulosum penitus attin-
gunt. Sed si quid de his assignare conant̄, quæ non sermonē tantummodo, sed
cogitationē q̄q̄ humana supant, ad similitudines & exēpla cōfugunt. Sic Pla-
to cum προφητεῖον loq̄ esset animatus, dicere quid sit, non est aius: hoc solū de
eo sciens, q̄ sciri quale sit ab homine non possit. Solum uero ei simillimum de
uisibilibus solē reperit: & p eius similitudinē uiam sermoni suo attollēdi se ad
non cōprehensibilia patefecit. Ideo & nullum ei simulacrum, cum dijs alijs cōsti-
tueret, finxit antiquitas: quia summus deus nataq̄ ex eo mens, sicut ultra ani-
mam, ita supra naturā sunt: q̄ nihil fas est de fabulis guenire. De dijs autē, ut di-
xi, cæteris, & de anima, non frustra se, nec ut oblectet, ad fabulosa cōvertunt,
sed quia scīt inimicam esse naturæ aptam nudamq̄ expositionē sui, quæ sicut
uulgaribus hoīm sensibus intellectum sui uario rei tegmine opimentoq̄ sub-
traxit, ita à prudentibus arcana sua uoluit p̄ fabulosa tractari. Sic ipsa mysteria
figurar̄ cuniculis operiunt̄, ne uel his adēptis nudam rei taliū se natura p̄be-
at, sed summatibus tñ uiris sapientia interprete ueri arcani conscrips, contenti sunt
reliqui, ad uenerationē figuris defendantibus à uilitate secretum. Numeño de
nīq̄ inter philosophos occulitor̄ curiosiori, offensam numinum, q̄ Eleusina sa-
cra interpretando uulgauerit, somnia prodiderunt: uiso sibi ipsas Eleusinas deas
habitu meretricio ante aptum lupanar uidere prostantes: admiratiq̄, & causas
non conuenientēis numinibus turpitudinis consulēti, respondisse iratas: ab ipso
se adyto pudicitiae suae ui abstractas, & passim adeuntibus prostitutas. Adeo
semp̄ ita se & sciri & coli numina maluerūt, qualiter in uulgas antiquitas īp̄a
fabulata est: quæ & imagines & simulacula formarum talium prorsus alienis,
& cætates tam incremēti quād diminutionis ignaris, & amictus ornatusq̄ ua-
rios corpus non habentibus, assignauit. Secundum hæc Pythagoras ipse acq̄
Empedocles, Parmenides quoq̄ & Heraclitus, de dijs fabulati sunt: nec secus
Timaeus, qui progenies eorum sicut traditum fuerat, executus est.

Quinque esse genera somniandi, atque somnium hoc Sciponis ad prima tria genera debere referri.

Capit. III.

His prælibatis, anteq̄ ipsa somnij yba tractemus, prius q̄t somniādi mo-
dos obseruatio dephenderit, cū licentiā figurar̄ q̄ passim quiescētibus
ingerunt̄, sub definitionē & regulam uerustas mitteret, edilleramus: ut
cui corrigi somnium quo de agimus applicandū si, innotescat. Oīm q̄ ui-
dere sibi dormientes uident̄, quinq̄ sunt principales diuersitates & noia: Aut
tñ ē ὄντες scdm Græcos, qd̄ Latini somniū uocant: aut ē ὄψει, qd̄ uiso recte
appel-

A appellat: aut *χαράττωσε*, qđ oraculū nuncupat: aut est *ἰννηπος*, qđ insomniū dicitur: aut ē *φάρασμα*, qđ Cicero (q̄ties opus hoc noīe fuit) uocauit. Ultima e his duo cū uideāt, cura interpretatiōis indigna sūt, q̄a nihil diuinatiōis appetant, *ἰννηπος* dico & *φάρασμα*. Est enī *ἰννηπος*, q̄ties cura opp̄ssi animi uel corporis siue fortunæ, q̄lis uigilante satigauerit, tāle se ingerit dormienti. Animī, ut si amator delicijs suis aut fruētē se uideat, aut carentē: si metuens q̄s imminentē sibi uel insidijis uel potestate p̄sonā, aut incurrit hanc ex imagine cogitationū suar̄, aut effugisse uideāt. Corporis, si temeto ingurgitatus, aut distētus cibo, uel abundātia p̄focari se extimer, uel grauātibus exonerari: aut cōtrā, si esuriens cibū, aut potū sitiēs, desiderare, querere, uel etiā inueniēsse uideāt. Fortunæ, cū se quis existimat, uel potētia, uel magistratu, aut augeri pro desiderio, aut exuī pro timore. Hæc & his similia, qm̄ ex habitu mentis qui etē sicut p̄uenerant, ita & turbauerant dormientis, una cum somno aduolant, & pariter euaneſcent.

Hinc & insomnio nomē, non quia per somnium uidetur (hoc enim est huic gñi cōmune cum cæteris) sed quia in ipso somnio tantūmodo esse creditur dū uideāt, post somnium nullā sui utilitatē uel significationē relinquit. Falsa esse insomnia, nec Maro tacuit: Sed falsa ad cœlum mittūt insomnia manes. Cœlū *εγείδος*, hic uiuor̄ regionē uocans: q̄a sicut dī nobis, ita nos deſunctis ſupi habemur. Amorē quoq̄ describens, cuius curā ſemp sequuntur insomnia, ait: Hæret infixi pectore uultus, Verbaq̄, nec placidā membris dat cura quietem. Et post hæc: Anna foror, quæ me ſuſpenſam insomnia terrene, *φάρασμα* uero, hoc ē ui Phantasma. sum, cum inter uigiliā & adultam quietē, in quadā (ut aiunt) prima ſomnij nebula adhuc uigilare ſe existimās q̄ dormire uix coepit, aspicere uidet irruentes in ſe, uel paſſim uagantes formas, à natura ſeu magnitudine ſeu ſpecie diſcrepātes, uariaſc̄p tēpeltates reū, uel latas uel turbulentas. In hoc gñē ē *ἰννήτης*, quē publica plusio qſcēntes opināt inuadere, & pōdere ſuo p̄ſtos ac ſentiētes grauare. His duobus modis ad nullā noſcendi futuri operi receptis, tribus cæteris in ingenium diuinationis instruimur. Et eſt oraculū qđem, cum in ſomniis *Oracula*, parens, uel alia ſancta grauiſc̄p p̄ſona, ſeu ſacerdos, uel etiā deus, apte euenture quid, aut non euenture, faciendum, uitandum' ue denūtiāt. Viſio eſt aut, cum viſe, id q̄s uideat, qđ eodem modo quo apparuerat eueniet. Amicum pegre cōmorantem quem non cogitabat, uifus eſt ſibi reuersum uidere, & procedenti obuius quem uiderat uenit in amplexus. Depositū in q̄te ſuſcepit, & matutinus ei p̄cator occurrit, mandans pecuniā tutelā, & fidei custodiā celandam committens. Somnium proprie uocat, qđ tegit ſiguris, & uelat ambagibus, nō ni ſi interpretatione intelligendā ſignificationem rei quæ demonſtāt. Quod quale ſit, non à nobis exponendum eſt, cum hoc unuſq̄c̄p ex uſu qđ ſit aguofcat. Huius qnq̄c̄p ſunt species, aut enī p̄prium, aut alienū, aut cōe, aut publicū, aut gñale eſt. Proprium eſt, cum ſe q̄s facientē patientem' ue aliqd ſomniat. Alienum, cum aliū. Cōe, cum ſe unā cum alio. Publicū eſt, cum ciuitati foro'ue uel theatro, ſeu qbuslibet publicis mōenibus actibus' ue, triste uel latum qđ existimat accidisse. Gñale eſt, cum q̄s circa ſolis orbē lunare' ue globū, ſeu alia ſidera, uel cœlū, oēsc̄p terras, aliqd ſomniat inouatū. Hoc aut qđ Scipio uidiffe ſe retulit, *Scipio's ſomni* *um ad qđ genitif ſeruēt* illa q̄ ſola p̄babilitia ſunt gñā principalitatis amplectū: & oēs ipius ſonij ſpe- ci-dam.

cies attingit. Est enim oraculum: quia Paulus & Africanus uterque parens, sancti grauesque ambo, nec alieni a sacerdotio, quod illi carentur, esset enuntiarunt. Est uisio: quia loca ipsa, in quibus post corpus, uel qualis futurus esset aspexit. Est somnium: quia res, quae illi narratae sunt, altitudo, tecta profunditate prudenter, non potest nobis nisi scientia interpretationis aperiri. Ad ipsius quoque somniij species omnes referuntur. Est proprium: quia ad supera ipse perductus est, & de se futura cognovit. Est alienum: quod quem statum aliorum animarum sortitur sunt, deprehendit. Est commune: quod eadem loca tam sibi quam ceteris eiusdem meriti didicit parari. Est publicum: quod uictoria patriæ, & Carthaginis interitum, & Capitolinum triumphum, & sollicitudinem futuræ seditionis agnouit. Est geniale: quod eccliam coelique circulos conuersionisque concentum, uiuo adhuc homini noua & incognita: stellarum etiam ac luminorum motus, terraque omnis situs suscipiendo uel despiciendo concepit. Nec dici potest non aptum uisse Scipionis personæ somnium, quod generale esset & publicum: quia neccum illi contingisset amplissimus magistratus: immo cum adhuc, ut ipse dicit, penè miles habere. Aut enim, non habenda pro ueris de statu ciuitatis somnia, nisi quae rector eius magistratus' ue uidisset: aut quae de plebe non unus, sed multi similia somniasset. Ideo apud Homerum, cum in concilio Graecorum Agamemnon somnium quod de instruendo pælio uiderat, publicaret: Nestor qui non minus ipse prudenter, quam omnis iuuentu viribus iuuit exercitum, concilias fidem relatis, de statu inquit publico credendum regio somnio: quod si alter uidisset, repudiaremus ut furile. Sed non ab re erat, ut scipio, & si neccum adeptus tunc erat consulatu, nec erat rector exercitus, Carthaginis somniaret interitum, cuius erat autor futurus: audi reque uictoriæ beneficio suo publicandæ: uideret etiam secreta naturæ, uir non minus philosophia quam uirtute præcellens. His assertis, quia superius falsitatis insomniorum Vergilium testem citantes, eius uersus fecimus mentionem, eruti de geminare somniij descriptione portare: si quis forte querere uelit, cur porta ex ebore falsis, è cornu ueris sit deputata, instructetur auctore Porphyrio, qui in commentarijs suis haec in eundem locum dicit ab Homero sub eadem diuisione descripta: Latet (inquit) omne uerum: hoc tamen anima, cum ab officijs corporis somno eius paululum libera est, interdum aspicit: nonnumquam tedit aciem, nec tam peruenit. Et cum aspicit, tamen non libero & perfecto lumine uidet, sed interiecto uelamine, quod nexus naturæ caligantis obducit. Et hoc in natura esse idem Vergilius asserit, dicens: Aspice, nanci omnum, quae nunc obducta tuenti Mortales hebetat uisus tibi, & humida circum Caligat, nubem eripiam. Hoc uelamen cum in quiete ad uerum usque, aciem intropisciæ admittit: de cornu credit: cuius ita natura est, ut tenuatum uisum peruium sit. Cum autem à uero heberat ac repellit obtutum, ebur putat: cuius corpus ita natura densatum est, ut ad quouis extremitatem tenuitatis crassum, nullo uisu ad ulteriora tendente penetret.

Propositorum seu scopus huius somniij quis sit. Caput IIII.

TRACTATIS generibus & modis, ad quos somniū Scipionis referuntur, nunc ipsam eiusdem somniū mentem, ipsumque propositū quod Graeci ~~adūtū~~ uocant, anteque uerba inspiciantur, tentemus aperire: & eō ptinere propositū præsentis operis asseramus, sicut iam in principio huius sermonis adstru-

Quod somnium
publicum cōme-
nit Scipionem
ad uicem militari.

somniij parte.

A ximus, ut animas bene de rep. meritorū, post corpora cœlo reddi, & illuc frui beatitudinis perpetuitate nos doceat. Nam Scipionem ipsum hæc occasio ad narrandum formium prouocauit, quod longo tempore le testatus est silentio condidisse. Cum enī Lælius quereretur, nullas Nasicae statuas in publico, in intersecti tyrāni remuneratione locatas, respondit Scipio post alia in hæc uerba: Sed quanquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum uirtutis est præmium, tamen illa diuina uirtus, non statuas plumbo in hærentes, nec triumphos arescentibus laureis, sed stabiliora quædam, & uiridiora præmiorum genera desiderat. Quæ tamen ista sunt inquit Lælius? Tū Scipio, patimini me inquit (quoniam tertium diem iam seriatu sumus) & cætra prolequi, quibus ad narrationem somniū uenit, docēs illa esse stabiliora & uiridiora præmiora genera, quæ ipse uidisset in cœlo bonis rerū. seruata rectoribus, sicut his uerbis eius ostenditur: Sed quo sis Africane alacrior ad tutandā rem, sic habeto: Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auerint, certū esse in cœlo & definitū locum, ubi beati sempiterno æuo fruanū. Et paulo pōst, hunc certū locum qui sit designās, ait: Sed sic scipio, ut auus hic tuus, ut ego qui te genui, iustitiā cole & pietatē: quæ cum magna in parētibus & propinquis, tum in patria maxima est. Ea uita uia est in cœlum, & in hunc cœtum, eorū qui iam uixerint: & corpore laxati incolunt locum, quæ uides, significans galaxian. Sciēdum est enī, qd' locus in q̄ libi uide ē esse Scipio per qui etem, lacteus círculus est, qui galaxias uocat. Siquidē his ybis in principio utitur: Ostēdēbat autem Carthaginem de excelsō & pleno stellarū illustrī & clario quodam loco. Et paulo pōst apertius dicit: Erat autem is splēditissimo candore inter flamas círculus eluens, quem uos (ut à Graijs accepistis) orbē laetum nuncupatis: ex quo mihi omnia contemplati præclara & mirabilia ui debanū. Et de hoc quidē galaxia, cū de círculis loquemur, pleniū differemus.

Quāq̄ omnes numeri modo quodam pleniū sint, tamen octonarium ac septenarium peculiariter plenos dici: quamq; ob causam octonarius plenus vocatur.

Caput V.

Sed iam quoniā inter libros, q̄s de repu. Cicero, quos' ue prius Plato scripserat, quæ differētia, quæ similitudo habeatur, expressissimus, & cur operi suo uel Plato Eri indicū, uel Cicero somniū Scipionis ascivierit: qd' ue sit ab Epicureis obiectum Platonī, uel quemadmodum debilis calumnia resel latur, & quibus tractatibus philosophi admisceant, uel à quibus penitus exclu dant fabulosa, retulimus: adiecumusq; post haec necessario genera omnīū imaginū, quæ falsò, quæc uero uidenī in somnijs: ipsasq; distinximus species somniōrū, ad quas Africani somniū constaret reserri: & cur Scipioni cōuenierit talia somniare: & de geminis somniij portis: q̄ fuerit à ueteribus expressa sententia sup his omnībus: ipsius somniij, de quo logmūr, mētem propositūq; signauimus: & partē celi uident̄ exp̄ssimus, in q̄ libi Scipio q̄ quietē, hæc uel uidisse uisus ē, uel audisse q̄ retulit. Nūc iam discutiēda nobis sunt ipsius somniij yba, non oia, sed ut q̄c uidebūt digna quæsitu. Ac prima nobis tractāda se inge rit pars illa de numeris, in q̄ sic ait: Nam cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusq; cōuerterit, duoq; hi nūeri, quorū uterq; plenus, all' altera de causa habet, circuitu naturali summā tibi fatalē consecerint, in te unum atq; in tuum

tuum nomen se tota conuerteret ciuitas. Te senatus, te omnes boni, te socij, te Latinis intuebuntur: tu eris unus in quo nita tota ciuitatis salus: ac ne multa, dictator remp. constitutas oportet, si impias propinquorū manus effugeris.

Nullū corpus plenum. Plenitudo enim propriæ nisi diuis rebus supernisq; non cōuenit: necq; enim corpus propriæ plenum dixeris, quod cum sui sit impatiens est fluendo, alieni appetēs est hauriendo. Quæ si mettalicis corporibus non usu eueniunt, non tamen plena illa, sed uasta dicenda sunt.

*Oe[n]s nūc i quo
dammo pleni.*

Hæc est igitur communis numerorum omnium plenitudo, q; cogitatio nī à nobis ad superos meanti, occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris. Inter ipsos tamen propriæ pleni uocantur secundum hos modos, qui præsenti tractatu necessarii sunt, qui aut uim obtinent uinculorum, aut corpora rursus efficiuntur, aut corpus efficiunt: sed corpus, q;d intelligendo, nō sentiendo concipiatur.

*Caracteres
plenus dica
tur, rō prima.* Totum hoc, ut obscuritatis depulsione, paulo altius repetita rerum luce, pandendum est: Omnia corpora superficie finiuntur, & in ipsam eorum pars ultima terminatur. Hi autem termini, cum sint semper circa corpora q;rum termini sunt, incorporei tamē intelliguntur. Nam quoq; corpus esse dicetur, necedum terminus intelligitur: cogitatio quæ conceperit terminum, corpus relinqit. Ergo primus à corporibus ad incorporea transitus, ostendit corporum terminos: & hæc ē prima incorporea natura post corpora, sed nō pure, nec ad integrum carens corpore. Nam licet extra corpus natura eius sit, tamen nō nisi circa corpus appareat. Cum totū deniq; corpus nominas, etiā superficies hoc uocabulo continetur. De corporibus eam, tametq; non res, sed intellectus sequestrat. Hæc superficies sicut est corporis terminus, ita lineis terminatur, quas suo nomine grammas Græcia uocauit. Punctis lineæ finiuntur. Et hæc sunt corpora quæ mathematica uocant, de quibus solerri industria geometriæ disputat. Ergo hæc superficies cum ex aliqua parte corporis cogitat, pro forma subiecti corporis accipit numerum linearum. Nam seu trium, ut trigonum: seu quatuor, ut quadratum: seu plurium sit angulorum, totidē lineis fere ad extrema tangentibus planities eius includit. Hoc loco admonendi sumus, q;d omne corpus longitudinis, latitudinis, & altitudinis dimensionibus constat.

Ex his tribus in lineæ ductu una dimensio est, longitudo: est enim sine latitudine. Planities uero quam Græci ἡπειρον uocant, longo latore distenditur, alto caret: & hæc planities quantis lineis contineatur, expressimus. Soliditas autem corporum constat, cum his duabus additur altitudo: sic enim tribus dimensionibus impletis corpus solidum, quod σύνη, uocat, qualis est tessera, quæ cubus uocatur. Si uero non unius partis, sed totius uelis corporis superficiem cogitare, q;d proponimus esse quadratum (ut de uno q;d exemplo sufficiet, disputemus) iam nō quatuor, sed octo anguli colliguntur: quod tum animaduertis, si super unū quadratum, quale prius diximus, altera tale altius impositum mēte cōspicias, ut altitudo q; illi plano deerat, adjicias: fiatq; tribus dimensionibus impletis corpus solidum, q;d stereon uocat, ad imitationē tesserae q; cubus uocat. Ex his apparet octonarium numerum solidum corpus & esse & haberi: siquidem unū apud geometras puncti locū obtinet. Duo, lineæ ductū faciūt, q; duobus punctis, ut suprà diximus, coēcerent. Quatuor yō puncta aduersum se in duobus ordinis

in aduersum punctū electa linea. Hæc quatuor ut diximus duplicata, & octo facta, duo quadra similia describunt: quæ sibi supposita, additâq; altitudine, formam cubi, qd est solidū corpus, efficiunt. Ex his apparet antiquiorē esse numerum superficie & lineis, ex quibus illā constare memorauimus, formisq; oībus. A lineis em̄ ascendit ad numerz, tanq; ad priorem, ut intelligat ex diuersis numeris linearē, q; forme geometricā describan̄. Ip̄m uero superfici cū lineis suis, primam post corpora diximus incorpoream esse naturam, nec tamē sequestrandam, propter perpetuam cum corporibus societatem. Ergo quod ab hac sursum recedit, iam purē incorporeum ē. Numeros autem hac superiores præcedens sermo patefecit. Prima ē igitur perfectio incorporalitatis in numeris. Et hæc est, ut diximus, numerorū omnium plenitudo. Seorsum autem illa (ut suprà admonuimus) plenitudo est eorum, qui aut corpus efficiunt, aut efficiuntur, aut uim obtinet uinculum, licet alias quoq; causas quibus pleni numeri efficiantur, esse non ambigā. Qualiter autē octonarius numerus solidum corpus efficiat, antē satis probatum est. Ergo singulariter quoq; plenus iure dictus propter corporæ soliditatis effectum. Sed & ad ipsam coeli harmoniam, id est concinentiam, hunc numerus magis aptum esse non dubium est, cū sphæræ ipse octo sint, quæ mouentur, de quibus secuturus sermo procedet. Oēs quoq; partes, de quibus constat hic numerus, tales sunt, ut ex earum compage plenitudo nascatur. Est enim aut de his quæ necq; generantur, necq; generant, de monade & septem: quæ qualia sunt, suo loco plenius explicabitur: aut de duplato eo qui & generantur, & generant, id ē quatuor. Nam hic numerus quatuor & nascitur de duobus, & octo generat. Aut componitur de tribus & quincq;, quorū alter primus omnium numerorum impar apparuit. quinarj autem potentiam sequēs tractatus attinget. Pythagorici uero hunc numerū iustitiam vocauerūt, quia primus omnium ita soluitur in numeros pariter pares, hoc ē, in bis quaterna: ut nihilominus in numeros æque pariter pares diuisio quoq; ipsa soluat in bis bina. Eadē quoq; qualitate cōexitur, id ē, bis bina bis. Cum ergo & cōtextio ipsius, pari æqualitate procedat, & resolutio æq;liter redeat usq; ad monadē, q; diuisionē arithmeticā ratione nō recipit, merito propter æqualem diuisionem iustitiae nomē accepit. Et quia ex supradictis oībus aparet, q̄ta & partiū suarē, & seorsum sua plenitudine nita, iure plenus uocat. Multas esse causas, cur septenarius plenus vocetur. Caput VI.

SVperest ut septenariū quoq; numerū plenū iure uocitādum ratio in medio constituta ḡuadeat. Ac primū hoc trāslire sine admiratione nō possumus, q; duo numeri qui in se multiplicati uitale spatiū uiri sortis includerēt, ex pari & impari cōstiterunt. Hoc em̄ uere pfectum ē, qd ex horū numerorū ḡmixtione ḡnatur. Nā impar numerus mas, & par feminina uocat. Itē arithmeticī imparē patris, & parē matris appellatione uenerant. Hinc & Timaeus Platonis, fabricatorē mundane animæ deum, partes eius ex pari & impari, id ē duplari & triplari numero, intertexuisse memorauit: ita ut à duplari usq; ad octo, à triplari usq; ad uigintiseptē staret alternatio mutuādi. Hi em̄ primi cubi utrincq; nascunt; siquidē à paribus bis bini, qui sunt quatuor, superficie faci

faciunt: bis bini bis, qui sunt octo, corpus solidum singunt. A dispari uero ter terna quae sunt nouem, superficiem reddunt: & ter terna ter, id est, ter nouena, q̄ sunt uigintiseptem, primum æque cubum alterius partis efficiunt. Vnde intel ligi dat, hos duos numeros, octo dico & septem, qui ad multiplicationem annorum perfecti in rep. uiri conuenierunt, solos idoneos ad efficiendam mundi animam iudicatos, quia nihil post autorem potest esse perfectius. Hoc quoque notandum est, quod superius afferentes communem numerorum omnium dignitatē, antiquiores eos superficie & lineis eius, omnibusq; corporibus ostendimus: procedens autem tractatus inuenit numeros & ante animam mudi suis, quibus illam contextā augustissima Timaei ratio naturae ipsius conscientia testis expressit. Hinc est q̄ pronuntiare non dubitauerunt sapientes, animam esse numerum se mouentem.

Primitū car pſedus fit numerus ſeptenarius, ex parti bus ipſius ſum pta.

Nunc uideamus cur septenarius numerus ſuo ſcōrum merito plenus habeat: cuius ut pſilius plenitudo noſca, primū merita partiū de qbus conſtat, tū de mū qd ipſe poſſit, inuestigemus. Cōſtat septenarius nūerus, uel ex uno & sex, uel ex duobus & qnq; uel ex tribus & qtuor. Singularē compagū mēbra tra ctemus: ex quibus fatebimur nullū alium numerū tam uaria eſt maiestate ſe cundum. Ex uno & sex, compago prima componit. Vnum aut, quod id est unitas, dicit, & mas idem & ſcēmina eſt: par idem atq; impar, ipſe nō numerus, ſed ſons & origo numerorū. Hæc monas initium finisq; omnium, neq; ipſa principiū aut finis ſciens, ad ſumnum refertur deum, eiusq; intellectum à ſequentiū numero rerum & potestatum ſequentrat: nec in inferiore poſt deū gradu fruſtra eam deſideraueris. Hæc illa eſt mens, ē ſummo nata deo, que uices temporū neſciens, in uno ſemper quod adeſt, conſiſtit æuo: cumq; uipote una, non ſit numerabilis, innumeratas tamen generes species, & de ſe creat, & intra ſe continent. Inde quoq; aciem paululū cogitationis inclinās, hanc monadē reperies ad animam referri. Anima em̄ aliena à ſylueſtris cōtagione materit, tantum ſe auctori ſuo ac ſibi debens, ſimplicem ſortitā naturam, cum ſe animanda immensitatē uniuersitatis infundat, nullū init tamen cum ſua unitate diuor tum. Vides ut hæc monas orta prima rerum cauſa, aduocq; animam ubiq; integra, & ſemp indiuidua cōtinuationem potestatis obtineat. Hæc de monade caſtigatiū q̄ ſe copia ſuggerebat. Nec te remordeat, q̄ cum om̄i numero præ eſt uideatur, in cōiunctione præcipue ſepenarij prædicetur. Nulli enim aptius iungitur monas incorrupta, q̄ uirgini. Huic autem numero, id eſt ſepenario, adeo opinio uirginitatis inoleuit, ut Pallas quoq; uociter. Nam uirgo creditur, quia nullū ex le parit numerū duplicatus, q̄ intra denariū coarctet, quē primum limitem cōſtat eſſe numerorum. Pallas ideo, quia ex ſoliuſ monadis ſectu, & multiplicatione proceſſit: ſicut Minerua ſolo ex uno parente nata phibet. Senarius uero qui cum uno cōiunctus ſepenarium facit, uarietate ac multipliciis religionis & potentiae eſt. Primum, q̄ ſolum ex om̄ibus numeris q̄ in fra decem ſunt, de ſuis partibus conſtat. Habet enim medietatē, & tertiam partem, & ſextam partem: & eſt medietas tria, tertia pars duo, ſexta pars unum, q̄ om̄ia ſimul ſex faciūt. Habet & alia ſuæ uenerationis indicia: ſed ne lōgiſor faciat ſermo laſtidium, unum ex om̄ibus eius officiū perfequemur, quod ideo

vis numeri ſe
narij.

præ-

A p̄tulimus, quia hoc commemorato, non senarij tū, sed & septenarij pariter dignitas aſtruetur. Humano partui frequētiorem uſum nouem menſium, certo numerorum modulamine natura conſtituit: ſed ratio ſub aſciti ſenarij numeri multiplicationē procedens, etiam ſeptem menses compulit uſurpari. Quābre- uiter absolutec̄ duos eſſe pr̄imos oīnūm numeror̄, cubos, id eſt, à pari octo, ab impari uigintiſeptem, & eſſe imparē marē, parem ſceninā ſuperius exp̄ ſimus. Horz uterq; ſi per ſenarium numerum multiplicetur, efficiunt dier̄ nu- merum, qui ſeptem mensibus explicat̄ur. Coeant eīn numeri, mas ille qui me- moratur, & ſcenina, octo ſciliet & uigintiſeptem, pariunt ex ſe quinç & tri- ginta. Hæc ſexies multiplicata, creant decem & ducentos, qui numerus dierū mēſem ſeptimū claudit. Ita eſt ergo natura ſecundus hic numerus, ut primam B humani partus perfectionem, quaſi arbiter quidam maturitatis, abſoluat.

Dilectio uero partus futuri (ſicut Hippocrates refert) ſic in utero dignoſci- tur: Aut enim ſeptuagimo, aut nonageſimo die conceptus mouetur. Dies er- go motus, quicunq; fuerit de duobus, ter multipliſatus, aut ſeptimum, aut no- num explicat meniem. Hæc de prima ſeptenarij copulatione libata ſint. Se- cunda de duobus & quinç eſt. Ex his dyas, quia poſt monadem prima ē, pri- mus eſt numerus. Hæc ab illa oīnipotentia ſolitaria, incorporis intelligibilis li- nea prima defluixit. Ideo & ad uagas ſtellarum & luminum ſph̄eras refertur, quia hæc quoq; ab illa quæ ἀπλανή dicitur, in numerum ſcissæ, & in uarij mo- tus contrarietatem retortæ ſunt. Hic ergo numerus cū quinario aptiflīme iun- gitur, dum hic ad errantes, ut diximus, ad cœli zonas ille reſeratur. Sed ille ra- tione ſcissionis, hic numero. Illa uero quinario numero proprietas excepta po- tentiæ ultra cæteras eminentiēis euenit, q; ſolus oīnūm quæc̄ ſunt, quæc̄ uidē- tur eſſe, complexus eſt. Eſſe autē dicimus intelligibilia, uideri eſſe corporalia omnia, ſeu diuinum corpus habeant, ſeu caducum. Hic ergo numerus ſimul oīnūm & ſupera & ſubiecta designat. Aut eīn deus ſummus eſt, aut mens ex eo na- tata, in qua ſpecies rerum continentur: aut mundi anima, quæ anima, ſu- omni- um ſons eſt, aut coeleſtia ſunt uſq; ad nos, aut terrena natura eſt, & ſic quinari- us rerum oīnūm numerus impletur. De ſeconda ſeptenarij numeri coniuncti- one dicta hæc, pro affectatæ breuitatis neceſſitate ſufficiat. Tertia eſt de tri- bus & quatuor, quæ quātum ualeat, reuoluamus: Geometrici corporis ab im- C quaterna- ry.

D pari prima planities in tribus lineis conſtat: his enim trigonalis forma conclu- ditur. A pari uero prima in quatuor inuenitur. Item ſcimus ſecundum Plato- nem, id eſt, ſecundū ipſius ueritatis arcanum, illa ſorti inter ſe uinculo colliga- ri, quibus interiecta medietas pr̄stat uinculi firmitatem. Cum uero medietas ipſa geminatur, ea q; extima ſunt, non tenaciter tantum, ſed etiam inſolubiliter uinciuntur. Primo ergo ternario numero contigit, ut inter duo ſumma, mediū q; uincire, accipet. Quaternarius yō duas medietates primus oīm naclitus eſt, quas ab hoc numero deus mundanæ molis artifex conditorc̄ mutuatus, inſolubili inter ſe uinculo elementa deuinxit, ſicut in Timaeo Platonis affertū eſt. Nec aliter tam controverſa ſibi ac repugnantia, & natura communionem ab- nuentia promiſceri, terram dico & ignem, potuisse per tam iugabilem compe- tentiā ſeſderati, niſi duobus medijs, aeris & aquæ nexibus uincirentur. Ita eīn ele-

*Dyadis et quā
narij uis ac
uitus.*

Elementa inter se diuersissima, opifex tñ deus ordinis opportunitate cōnexit, B
 ut facile iungerent. Nam cum binæ in singulis qualitates essent, talē unicuique
 de duabus alterā dedit, ut in eo cui adhæreret, cognatā sibi & simili reperiret.
 Terra est sicca & frigida, aqua uero frigida & humida est: haec duo elemēta li-
 cit sibi p siccum humectumq; contraria sunt, per frigidum tñ cōmune iungun-
 tur. Aer humectus & calidus est, & cū aquæ frigidæ contrarius sit calore, con-
 ciliatione tñ socij copula tñ humoris. Sup hūc ignis cum sit calidus & siccus, hu-
 more quidem aeris respuit siccitate, sed connectiū societate caloris. Et ita sit, ut
 singula quæcū elementorum, duo sibi hinc inde uicina, singulis qualitatibus uel
 ut quibulda amplexant ulnis. Aqua terram frigore, aerē sibi necit humore.
 Aer aquæ humecto simili, & igni calore sociat. Ignis aeri miscet ut calido, ter-
 ræ iungi siccitate. Terra ignē siccō patit, aquam frigore non respuit. Haec tñ
 uarietas uinculorum, si elementa duo forent, nihil inter ipsa firmitatis habuisset,
 si tria, minus quidē ualido, aliquo tñ nexus uinciēda nodaret. Inter quatuor ue-
 ro insolubilis colligatio est, cū duæ summitates duabus interiectionibus uinci
 unē. Qđ erit manifestius, si in medio posueris ipsam continentia sensus de Ti-
 mao Platonis exceptā: Diuini decoris, inquit, ratio postulabat, talē sieri mun-
 dum, qui & uisum pateret & tactum. Constatbat autē, neq; uideri aliquid pos-
 se sine ignis beneficio, neq; tāgi sine solido, & solidum nihil esse sine terra. Vn-
 de mundi om̄e corpus de igni & terra instruere fabricator incipiēs, uidit duo
 conuenire sine medio colligante non posse, & hoc esse optimum uinculum, qđ
 & se pariter & à se liganda deuinciat. Vnā uero interiectionē, tunc solum pos-
 se sufficere, cum suplicies sine altitudine uincienda est. At ubi arctanda uincu-
 lis est alta dimēsio, nodum nisi gemina interiectione non neci. Inde aerem &
 aquā inter ignē terramq; contextuit, & ita p om̄ia, una & sibi conueniens iuga-
 bilis competētia cucurrit, elementorum diuersitatem ipsa differentiarū æqualita-
 te consocians. Nam qđ interest inter aquam & aerē causa dēlitatis & pon-
 deris, tantundē inter aerem & ignem est. Et rursus, qđ interest inter aerem &
 aquā causa leuitatis & raritatis, hoc interest inter terram & aquā. Item qđ in-
 terest inter terram & aquā causa densitatis & ponderis, hoc interest inter aquā
 & aerem. Et quod inter aquā & aerē, hoc inter aerē & ignem. Et cōtrā, quod in-
 terest inter ignē & aerem tenuitatis leuitatisq; causa, hoc inter aerem & aquā H
 est. Et qđ est inter aerē & aquam, hoc inter aquam intelligit & terrā. Nec so-
 lum sibi uicina & cohærentia comparant, sed eadē alternis saltibus custoditur
 æqualitas. Nam qđ est terra ad aerē, hoc est aqua ad ignem: & qđies uerteris,
 eandē repies iugabilē competētiā, ita ex ipso q; inter se sunt æqualiter diuer-
 sa sociant. Haec eo dicta sunt, ut apta ratione constaret, neq; planitiem sine tri-
 bus, neq; soliditatē sine quatuor posse uinciri. Ergo septenarius numerus gemi-
 nam uim obtinet uinciēdi, quia ambæ partes eius uincula prima sortitæ sunt:
 ternarius cum una medietate, quaternarius cū duabus. Hinc in alio loco eius-
 dem somniū Cicero de septenario dicit: Qui numerus rerū oīm ferē nodus ē.

Itē om̄ia corpora aut mathematica sunt alumna geometriæ, aut talia q; ui-
 sum tactū ue patiant. Horū priora tribus incrementorum gradibus constant:
 aut em̄ linea ejicitur ex puncto, aut ex linea suplicies, aut ex planitie soliditas.

Alte


A Altera yō corpora q̄tuor elementorū collato scedere, in robur substantiæ corpulētæ cōcordi cōcretione coalescūt. Necnō oīm corporū tres sunt dimensio-
nes, lōgitudo, latitudo, profunditas. Termīni ad numerato effectu ultimo q̄tuor,
punctu, linea, superficies, & ipsa soliditas. Itē, cū q̄tuor sint elementa ex quibus cō-
stāt corpora, terra, aqua, aer, & ignis, tribus sine dubio interstitijs separant: q̄re
unū est à terra usq; ad aquā, ab aqua usq; ad aerē sequens, tertiu ab aere usq; ad
ignē. Et à terra qđem usq; ad aquā spatiū, necessitas à physicis dicit, q̄a vincere
& solidare credit, qđ est in corporib; lutulentum. Vñ Homericus censor cū
Græcis imp̄caretur, Vos om̄es (ingr) in terrā & aquā resoluamini, in id dicēs,
qđ est in natura humana turbidum, q̄ facta est hoi prima concretio. Illud uero
qđ est inter aquā & aerem, ^{harmonia} dicit, id est apta & cōsonans cōuenientia: q̄a
hoc spatiū est, qđ superioribus inferiora conciliat, & facit consona cōuenire. Inter
aerem uero & ignem, obedientia dicit, q̄a sicut lutulenta & grauia superioribus
necessitate iungunt, ita superiora lutulentis obedientia copulātur, harmonia me-
dia coniunctionē utriusq; p̄stante. Ex quatuor igit̄ elementis & tribus eorū in
terstitijs, absolutionem corporū cōstare manifestum est. Ergo hi duo numeri,
tria dico & quatuor, tā multiplici inter se cognitionis necessitate sociati, efficiē-
dis utrisq; corporibus, cōsenſu ministri scederis obsequunt. Nec solū expli-
candis corporibus hi duo numeri collatum p̄stant fauore, sed q̄ternarium q̄
dem Pythagorici (quē πυθαγόρων uocat) adeo quasi ad p̄fectionem animæ p̄tinē-
tem int arcana uenerant, ut ex eo & iuris iurandi religionē sibi fecerint, ^{by μάτη τοῦ}
^{αιστρίου τοῦ οὐρανού πυθαγόρων.} • Iuro tibi p̄ eum, q̄ dat aīa n̄rē quaternariū nu-
C metz. Ternarius uero assignat animā tribus suis partibus absolutā. Quare
prima est ratio, quā λογιστῶν appellant. Scđa animositas, quā δυμακόν uocat. Ter-
nia cupiditas, q̄ λιπαρικόν nuncupat. Item nullus sapiētum animā ex sympho-
nijs quoq; musicis cōstitisse dubitauit. Inter has nō paruæ potentiae est, q̄ dicit
δια πασῶν. Hæc cōstat ex duabus, id est δια πασῶν & δια πύρ. Fit autem diapen-
te ex hemiolio, & sit diatessarō ex epitrīto. Et est primus hemiolius tria, & pri-
mus epitrītus quatuor: qđ quale sit, suo loco plenius exequemur. Ergo ex his
duobus numeris constat diatessaron & diapente, ex quibus diapason sympho-
nia ḡnatur. Vnde Vergilius nullius disciplinæ exp̄s, planē & per omnia bea-
tos exprimere uolens, ait: O terē quaterē beati.

D Hæc de partibus septenarij numeri sectantes cōpendia diximus, de ipso q̄c p̄ pauca dicemus. Hic numerus heptas nunc uocatur, antiquato usu primæ līæ.
Apud ueteres ēm septas uocabatur, qđ
Græco noīe testabatur uenerationem de-
bitā numero. Nā primo oīm hoc nume-
ro aīa mundana ḡnata est, sicut Timaeus
Platonis edocuit. Monade ēm in vertice
locata, terni nūeri ab eadē ex utraq; parte
fluxerunt: ab hac pares, ab illa impares. i.
post monadē à parte altera duo, in quatu-
or, deīn octo: ab alīa uero parte, tria, deīn
nouē, et in uigintiseptē. Et ex his numeris
fa-

AL. Per q̄no-
stre die me-
rū dedit ipse
quaternum.

.Lencidos.

Scđa rō perfec-
tione numeri
septenarij.



facta cōtextio, gñationem animæ impio creatoris efficit. Nō parua ergo hinc
 potentia numeri huius oñditur, qā mundanæ aīæ origo septem finibus conti-
 net. Septem quoq; uagantū sphærar; ordinem illi stelliferæ & oēs cōtinen-
 ti subiecit artifex fabricatoris prouidentia, q; & superioris rapidis motibus obui-
 arent, & inferiora oīa gubernarent. Lunā quoq; quasi ex illis septimam, nu-
 merus septenarius mouet, cursumq; eius ipse dispensat. Quod cum multis mo-
 dis probetur, ab hoc incipiat oñdi. Luna octo & uiginti propè diebus totius
 zodiaci ambitum conficit. Nam et si per triginta dies ad solem à quo profecta
 est, remeat, solos tñ ferè uigintiocto in tota zodiaci circuitione cōlumit: reliq;,
 solem qui de loco in quo eum religit, abcesserat, comp̄hendit. Sol em̄ unum de
 duodecim signis integrō mēse metitur. Ponamus ergo, sole in prima parte ari-
 etis constituto, ab iplius(ut ita dicam)orbe emersisse lunā, quod eam nasci uo-
 camus. Hac post uigintiocto dies, & horas ferè septem, ad primā partem arietis
 redit: sed illic nō inuenit solem. Interea em̄ & ipse progressionis suæ lege ul-
 terius abcessit, & ideo ipsa neclum putatur eò unde prolecta fuerat, reueruisse:
 quia oculi nr̄i tunc, non à prima parte arietis, sed à sole eam senserant procellis
 se. Hunc ergo diebus reliquis, id est duobus, plus minus ue consequitur, & tūc
 orbi eius denuo succedens, ac denuo inde procedens, rursus dicitur nasci. Inde
 ferè nunq; in eodem signo bis continuo nascitur, nisi in Geminis, ubi hoc non
 nunq; euenerit, qā dies in eo sol duos supra triginta altitudine signi morante con-
 sumit. Rarissimò in alijs, si circa primā signi partem à sole procedat. Huius er-
 go uigintiocto dier; numeri, septenarius origo est. Nam si ab uno usq; ad se-
 ptēm ēptum singuli numeri exprimunt, tñ antecedentibus addēdo procedas,
 inuenies uigintiocto nata de septem. Hunc etiam numerz, qui in quater se-
 ptenos æqua sorte digeritur, ad totam zodiaci latitudinem emetiendam reme-
 tiēdamq; consumit. Nam septem diebus ab extremitate septentrionalis ora ob-
 liquè meando per latum, ad medietatem latitudinis peruenit, qui locus appellat-
 latur eclipticus. Septem sequentibus à medio ad imum australe delabitur. Se-
 ptēm alijs rursus ad medium obliquata concedit. Vltimis septem, septentrionali redditur summitati. Item ijsdem quater septenis diebus om̄em zodiaci et
 longitudinem & latitudinem circum perq; discurrit. Similibus quoq; dis-
 pensationibus hebdomadum luminis sui uices sempiterna lege uariādo disponit.
 Primus em̄ septē, usq; ad medietatē uelut diuisi orbis excrescit, & ἡχόνως
 tunc uocatur. Scđis, orbem totum renascentes ignes colligendo iam compleat,
 & plena tunc dicitur. Tertijs, ἡχόνως rursus efficitur, cum ad medietatem de-
 crescendo contrahitur. Quartis, ultima luminis sui diminutione tenuat. Se-
 ptēm quoq; pmutationibus, quas phasis uocant Græci, toto mense distinguitur,
 cum nascitur, cum sit dichotomos, & cum sit ἀφίκετο, cum plena, & rur-
 sus amphicyrtos, ac denuo dichotomos, & cū ad nos luminis uniuersitate pri-
 uatur. Amphicyrtos est autē, cum supra diametrū dichotomi est anteq; orbis
 conclusione cingatur, uel de orbe iam minuens inter medietatem ac plenitudi-
 nem insuper medianam luminis curuat eminentiā. Sol quoq; ipse, de quo uitā
 om̄ia mutuātur, septimo signo uices suas uariat: nam à solsticio, hyemali ad sol-
 stitium aestiuum septimo peruenit signo; & à tropico uerno usq; ad autumna-
 le tropi-

Tertia.

Quarta.

Quinta.

A le tropicum septimi signi peragratione producitur. Tres quoq; conuersio ^{sexta}
 nes lucis æthereæ per hunc numer; constant. Est aut; prima maxima, scđa me-
 dia, minima est tertia: & maxima est anni scđm solem, media mēsis scđm lunā,
 minima diei scđm ortum & occasum. Est uero unaquæcq; cōuersio quadripar-
 tita, & ita constat septenarius numerus, id est ex tribus gñibus conuersionum,
 & ex quatuor modis quibus unaquæcq; conuerterit. Hi sunt aut; quatuor modi.
 Fit em prima humida, deinde calida, inde sicca, & ad ultimum frigida. Et maxi-
 ma cōuersio, id est anni, humida est uerno ipse, calida æstiuo, sicca autumno, fri-
 gida per hyemem. Media aut; cōuersio mensis per lunam ita sit, ut prima sit he-
 bdomas humida, qñ nascens luna humorem affolet concitare. Scđa calida, ado-
 lescente in ea iam luce de solis aspectu. Tertia sicca, qualis plus ab ortu remota.
 B Quarta frigida, deficiente iā lumine. Tertia uero conuersio, quæ est diei scđm
 ortum & occasum, ita disponit, q; humida sit usq; ad primā de quatuor parti-
 bus partē diei, calida usq; ad scđam, sicca usq; tertiam, quarta iam frigida. Oce ^{septima},
 anus quoq; in incremento suo hunc numer; tenet. Nam primo nascētis lunæ
 die fit copiosior solito, minuis paulisper scđo, minoremq; uidet eum tertius q; scđus,
 & ita decrescēdo ad diem septimum peruenit. Rursus octauis dies ma-
 net septimo par, & nonus fit similis sexto, decimus quinto, & undecimus fit q; r
 to par, tertio quoq; duodecimus, & tertius decimus fit similis scđo, quartus deci-
 mus primo. Tertia uero hebdomas eadē facit quæ prima, quarta eadem quæ
 secunda. Hic deniq; est numerus, qui hoīem concipi, formari, edi, uiuere, alli,
 ac per omes ætatum gradus tradi senectū, atq; oīnino cōstare facit. Nam ut il-
 C lud taceamus, q; uteq; nulla uerū seminis occupatū, hoc diei numero natura cō-
 stituit, uelut decreto exonerandæ mulieris uestigali mense redeunte purgari:
 hoc tū prætereundum non est, quia semē quod post iactum sui intra horas se-
 ptem non fuerit in effusionem relapsum, haec si in uitā pronuntiaē. Verū se-
 mine semel intra formādi hominis monetā locato, hoc primum artifex natura
 molitus, ut die septimo folliculū genitiū circundet humor ex mēbrana tā te-
 nui, qualis in ouo ab exteriore testa claudit, & intra se claudit liquorē. Hoc cū
 à physicis dēphensum sit, Hippocrates quoq; ipse, qui tam fallere q; falli nescit,
 experimenti certus afferuit, referēs in libro q; de natura pueri inscribit, tale se-
 minis receptaculū de utero eius eiectum, quā septimo post cōceptum die gra-
 uidam intellexerat. Mulierē em semine non effuso, ne grauida maneret orantē,
 imperauerat saltibus concitari, atq; septimo die saltu eiectū cum tali folliculo,
 qualē suprā retulimus, suffecisse cōceptui: Hæc Hippocrates. Straton uero pe-
 ripateticus, & Diocles Carystius per septenos dies cōcepti corporis fabricam
 hac obseruatione dispensanti, ut hebdomade secunda credant guttas sanguinis
 in superficie folliculī de q; diximus, apparere: tercia demergi eas introrū ad
 ipsum cōceptionis humorē: quarta humorē ipsum coagulari, ut quiddā uel-
 ut inter carnem & sanguinē liquida adhuc soliditate conueniat: quinta q; oī
 interdū singi in ipsa substātia humoris humanā figuram, magnitudine quidem
 apis, sed ut in illa breuitate mēbra omnia, & designata totius corporis liniamē
 ta consistant. Ideo autem adieciimus, interdum, quia constat quoties quinta he-
 bdomade singitur designatio ista membrorū, mēse septimo maturari partum.

Cum autem nono mense absolutio futura est, siquidem foemina fabricatur, sexta hebdomade iam membra diuidi: si masculus, septima. Post partu uero utrum uictus sit quod effusum est, an in utero sit praemortuus, ut tuncmodo spirans nascatur, septima hora discernit. Ultra hunc enim horae numerum, quae praeatoria nascuntur, aeris halitum ferre non possunt: quem quisquis ultra septem horas sustinuerit, intelligit ad uitam creatus, nisi alter sorte, qualis perfectum potest, casus eripiat. Item post dies septem iactat reliquias umbilici, & post bis sepe incipit ad lumen uisus eius moueri, & post septies septem liberè iam & pupulas, & tota faciem couerit ad motus singulos uidendos. Post septem uero menses dentes incipiunt mandibulis emergere. Et post bis septem, sedet sine casus timore. Post ter septem, sonus eius in uerba prorumpit. Et post quartu septem, non solum stat firmiter, sed & incedit. Post quinque septem, incipit lac nutricis horrescere, nisi sorte ad patientiam longioris ulus continuata consuetudine protrahatur. Post annos septem, dentes qui primi emeruerant, alijs aprioribus ad cibum solidum nasceturibus cedunt, eodemque anno, id est septimo, plenè absoluitur integritas loquendi. Unde & septem uocales literae à natura dicuntur inuenientur, licet latinitas easdem modo longas, modo breues pronuntiando, quinque pro septem tenere maluerit. Apud quos tamen, si sonos uocalium non apices numeraueris, similiter septem sunt. Post annos autem bis septem ipsa aetatis necessitate pubescit. Tunc enim moueri incipit uis generationis in masculis, & purgatio foeminarum. Ideo & tutela pueris quasi uirile iam robur absoluitur, de qua tamen foeminae propter uotum festinationem maturius biennio legibus liberantur. Post ter septenos annos, genas flore uestit iuventa, idemque annus finem in longum crescendi facit. Et quarta annorum hebdomas impleta, in latum quoque crescere ultra iam prohibet. Quinta omne uirium, quantitate inesse unicuique possunt, compleat augmentum, nulloque modo iam potest quisque se fortior fieri. Inter pugiles denique haec consuetudo seruat, ut quos iam coronauere uictoriae, nihil de le amplius in incremento uirium sperent. Qui uero exptes huius glorie usque illa maturantur, à professione discedunt. Sexies uero septeni anni, seruant uires antea collectas, nec diminutionem, nisi ex accidenti, cuenire patiuntur. Sed à sexta usque ad septimam septimanam fit quidem diminutio, sed occulta, & quae detrimentum suum aperta defectione non prodat. Ideo nonnullarum regum p. is mos est, ut post sexagesimam ad militiam nemo cogatur. In pluribus datur remissio iusta post septimam. Nostandum uero, quod cum numerus septem, se multiplicat, facit aetatemque propriam per se etiam & habet & dicitur: adeo, ut illius aetatis homo, utpote qui iam perfectionem et attigerit, & needum praefererit, & consilio aptus sit, nec ab exercitio uirium alienus habeatur. Cum uero decas, qui & ipse perfectissimus numerus est, plecto numero, id est in se, iungitur, ut aut decies septem, aut septies deni computentur annos, haec a physicis creditur meta uiuendi, & hoc uitae humanae perfectum spatium terminat, quod quisque excellerit, ab omni officio uacuus, soli exercitio sapientiae uacat, & omnem usum sui in suadendo habet, aliorum munera uacatione reuerendus. A septima enim usque ad decimam septimanam, p. captiuuus, quod adhuc singulis plecterant, uariant officia. Idem numerus totius corporis membra disponit. Septem enim sunt intra hominem, quae à Græcis nigra membra uocantur: Lingua, cor, pulmo, iecur, lien,

lien, renes duo. Et septē alia cum uenis & meatibus quæ adiacet singulis ad cibum & spm accipendum reddendumq; sunt deputata: guttura, stomachus, alius, uesica, & intestina principalia tria: quorū unum dissipū uocat, qd uētrum & cætera intestina secernit. Alterū mēdium, qd Græci ~~accipiunt~~ dicunt. Tertium qd ueteres hiran uocauerunt, habeturq; præcipuum intestinorū omniū, & cibi retrimenta deducit. De spiritu aut & cibo, quibus accipiendis, ut relatum est, atq; reddendis mēbra quæ diximus cum meatibus sibi adiacentibus obsequuntur, hoc obseruatū est, qd sine haustu spiritu's ultra horas septē, sine cibo ultra totidē dies uita nō durat. Septem quoq; sunt gradus in corpore, qd dimensionē altitudinis ab imo in superiem complent, medulla, os, neruus, uena, arteria, caro, cutis: Hæc de interioribus. In apto quoq; septē sunt corporis partes, caput, pectus, manus, pedesq; & pudendū. Itē qd diuiduntur, non nisi septē com pagibus iuncta sunt, ut in manibus est humerus, brachii, cubitus, uola, & digitus terni nodi. In pedibus yō semur, genu, tibia, pes ipse, sub qd uola est, & digitorū nodi terni similit. Et qd sensus, eorumq; ministeria, natura in capite uelut in arce cōstituit, septē foraminibus sensuū celebrat officia, id est, oris, ac deinde oculorū, narī & aurium, binis. Vnde nō immeritò hic numerus totius fabricæ dispensator & dñs, ægris quoq; corporibus periculū sanitatem ue de nuntiat. Imò ideo & septē motibus omne corpus agitat: aut em accessio ē, aut recessio, aut in leua dextram' ue deflexio, aut sursum qd seu deorsum mouet, aut in orbē rotat. Tot uirtutibus insignitus septenarius, quas uel de partibus suis mutualē, uel totus exercet, iure plenus & habet & dicitur. Et absoluta (ut arbitrione) iam constituit, cur diuersis ex causis, octo & septem pleni uocentur. Sensus aut hic est, cum ætas tua qnquam exilium & sextū annum cōpletevit, qd summa tibi fatalis erit, spes qdcm salutis publicæ te uidebit, & p remedij cōis bonorū oim status uirtutibus tuis dictatura debebitur, sed si euaseris insidias propinquorū. Nam p septenos octies solis anfractus redditusq; qnquamq; et sex significat annos, anfractū solis & redditū annū uocans: anfractū, propter zodiaci ambitum: redditum, qd eadem signa p annos singulos certa lege metitur.

Obscuræ inuolutiā: semper esse signa ac somnia de aduersis. Et tamen semper subesse aliqd, quo posse sit quoquo modo preprehendi ueritas, modo diligens affit scrutator. Capit VII.

Hic quidam mirantur, qd sibi uelit ista dubitatio, si effugeris, quasi potuerit diuina anima, & olim coelo redditum, atq; hic maxime scientiā futuri professa, nescire, possit ne nepos suus, an nō possit euadere. Sed non ad uertunt hæc habere legē omnia uel signa uel somnia, ut de aduersis oblique aut denuntiant, aut mincentur, aut moneant. Et ideo quædā cauendo transimus, alia exorando & litando uitātur, sunt alia ineluctabilia, quæ nulla arte, nullo auertitur ingenio. Nā ubi admonitio est, uigilatia cautionis euaditur. Quod appor tant minæ, litatio propitiationis auertit. Nunq; denuntiata uanescunt. Hic sub ijs: Vnde igitur ista discernimus, ut possit, cauendum ne, an exorandum, an uero patientiū sit, dephendi. Sed præsentis operis fuerit insinuare, qualis soleat in diuinationibus esse affectata confusio, ut desinas uelut de incerta dubitati one mirari. Cæteræ in suo quoq; opere arrufis crit, signa querere quibus ista discernat, nisi hoc uis diuina impedit. Nā illud: prohibent nam cætera Parcae

Scire Maronis est ex intima disciplinæ profunditate sententia. Diuulgatis et iam docemur exemplis, q̄ plene semper cū prædicuntur futura, ita dubijs obserantur, ut tamē diligens scrutator, nisi diuinitus (ut diximus) impediait, subesse reperiat apphendēdæ uestigia ueritatis: ut ecce Homericū somnium à loue, ut dicit̄, missum ad cōserendā futuro die cum hostibus manum, sub apta p̄misione uictoriæ spem regis animauit. Ille uelut diuinum secutus oraculum, commisso p̄lio, amissis suor̄ plurimis, uix ægregi in castra remeauit: num diceridū est deum mandasse mendacium? Non ita est. Sed q̄a illum casum Græcis fata decreuerant, latuit in uerbis somniū, qđ animaduersum uel ad uerē uincendū, uel ad cauēdum saltē potuisset instruere. Habuit eñ p̄ceptio, ut uniuersus produceretur exercitus. At ille sola pugnādihortationē cōtentus, non uidit qđ de producenda uniuersitate p̄ceptum sit, p̄termissioq̄ Achille, q̄ tunc recenti lacē situs iniuria, ab armis cū suo milite seribat, rex progressus in p̄lium, & calum q̄ debebatur excepit, & absoluit somnium inuidia mentiendi, non om̄ia de imperatis sequendo. Parem obscuratiæ diligentia, Homericæ p̄ om̄ia p̄lectionis imitator Maro, in talibus quoq̄ rebus obtinuit. Nam apud illum Aeneas ad regionem instruendo regno fataliter eligendam, satis abundēq̄ Delio instruētus oraculo, in errorem tamen unius uerbi negligentia relapsus est. Non qui dem locor̄ fuerat, quæ petere deberet, nomen insertu: sed cum origo uetus parentum sequenda diceretur, sicut in uerbis qđ inter Cretam & Italiā, q̄ ipsius gentis autores utraq̄ produxerāt, magis ostenderet, & (qđ aiunt) digito demōstraret Italiam. Nā cū fuissent inde Teucer, hinc Dardanus, uox sacra sic alloquendo: Dardanidæ duri, apte consulentibus Italiām, de qua Dardanus profectus esset, obiecit: appellādo eos parentis illius nomine, cuius erat origo rectius eligenda. Et hic certæ qđem denuntiationis est, quod de Scipionis sine p̄reditur, sed gratia conciliandæ obscuritatis, inserta dubitatio, dicto tamē quod indicio somniū continetur, absoluitur. Nam cum dicitur, circuitu naturali summati tibi fatalem confecerint, uitari hunc finem non posse pronuntiat. Quod autē Scipioni reliq̄ uitæ actus sine offensa dubitandi p̄ ordinem retulit, & de sola morte similis ē uisus ambigenti, haec ratio est, q̄ siue dū humano uel morti parciē uel timori, seu q̄ utile est hoc maxime latere, pronius cætera oracula q̄ uitæ finis exprimitur: aut cum diciū, nō sine aliqua obscuritate profertur.

Quæ uor esse virtutum genera: politicas, purgatorias, animi purgati, & exemplares. Et cum virtus beatoe efficiat, sitq; primum illud virtutum genus in terrenopublicarum gubernatoribus, ideo hos utiq; fore felices.

Cepit VII.

His aliqua ex parte tractatis, progrediamur ad reliqua. Sed q̄sis Africane alacrior ad tutandam rem, sic habeto: Omnibus qui patriam cōseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse i cœlo definitum locum, ubi beati æuo sempiterno fruantur. Nihil est eñ illi principi deo, q̄ oēm mundum regit, qđ qđem in terris fiat, acceptius, q̄ concilia cœtusq̄ hominum iure sociati, q̄ ciuitates appellātur. Ear̄ rectores & seruatores hinc profecti, huc revertuntur. Bene & opportune, postq̄ de morte p̄dixit, mox p̄mnia bonis post obitum speranda subiecit: qbus adeo à meru p̄dicti interitus cogitatio uiuentis erecta est, ut ad moriēdi desiderium ultro animaretur, maiestate promissæ beatitudini

A atitudinis & cœlestis habitaculi. Sed de beatitate q̄ debetur conseruatoribus patriæ, pauca dicenda sunt, ut postea locum oēm, quem hic tractādum recepi-
mus, refoluamus. Solæ faciunt uirtutes beatum, nullaq; alia quisq; uia hoc no-
men adipisci. Vnde q̄ existimant nullis nisi philosophantibus inelſe uirtutes,
nulos p̄ter philosophos beatos esse pronuntiant. Agnitionē eīn rere diuinare
sapientiā propriè uocātes, eos tantummodo dicunt eīse sapiētes, qui supna acie
mentis regrunt, & querendi sagaci diligentia comprehendunt, & quantum ui-
uendi p̄spicuitas p̄stat, imitanē. Et in hoc solo esse aiunt exercitia uirtutū, quare
officia sic dispensant. Prudentiæ esse, mundū iustum & oīa q̄ mundo insunt, di-
uinorū contēplatione despicer, oēmīq; animæ cogitationem in sola diuīna diri-
gere. Tēperantiae, oīa relinquere, inētūm natura patitur, q̄ corporis usus rēg-
rit.

Sole virtute
beatos effici.

B Fortitudinis, non terri uām à corpore q̄dam modo ducū philosophiæ
recedentem, nec altitudinem perfectæ ad superna ascensionis horrere. Iustitiae,
ad unā sibi huius propositi cōsentire uiam uniuscuiusq; uirtutis obsequum. At
q; ita sit, ut scđm hoc tam rigidæ definitionis abruptum, rerump. rectores bea-
ti esse non possint. Sed Plotinus inter philosophiæ professores cum Platone
princeps, libro de uirtutibus, gradus earū uera & naturali diuisionis ratione
compositos, p̄ ordinē digerit. Quatuor sunt (inq) quaternarū ḡnū uirtutū. Ex
his primæ politiæ uocant, scđæ purgatoriæ, tertiae animi iam purgati, quar-
tae exēpulares. Et sunt politiæ hoīs: q̄a sociale aīal est. His boni uiri reip. con-
sulunt, urbes tuent: his parentes uenerant, liberos amant, proximos diligunt:
his ciuī salutem gubernant, his socios circunspecta prouidentia protegunt, iu-

Officia uirtu-
tum secundum
Stolicos.

C sta liberalitate deuincunt: hisq; sui memores alios fecere merendo. Et est poli-
ticae prudentiæ, ad rationis normā, q̄ cogitat, quæq; agit, uniuersa dirigere, ac
nihil p̄ter rectum uelle, uel facere, humanisq; actibus tanq; diuis arbitris, pro-
uidere. Prudentiæ insunt ratio, intellectus, circumspectio, prouidētia, docilitas,
cautio. Fortitudinis est, animum supra p̄iculi metum agere, nihilq; nisi turpia
timere, tolerare fortiter uel aduersa uel prosp. Fortitudo p̄stat magnanimita-
tem, fidutiā, securitatiē, magnificentiā, constantiā, tolerantiā, firmitatiē. Tempe-
rantiae, nihil appetere poenitendū, in nullo legē moderationis exceedere, sub iu-
gū rationis cupiditatē domare. Tempantiæ sequunt, modestia, uerēcundia, ab-
stinentia, castitas, honestas, moderatio, parcitas, sobrietas, pudicitia. Iustitiae, ser-
uare unicuiq; qđ suum est. De iustitia ueniunt, innocentia, amicitia, cōcordia,
pietas, religio, affectus, humanitas. His uirtutibus uir bonus, primū sui, atq; in
reip. rector efficitur, iuste ac prouide gubernans humana, diuina nō deferens.

Quatuor uir-
tutum genera
secundum Plato-
nitos.

D Scđæ, quas purgatorias uocant, hoīs sunt, q̄ diuini capax est, solumq; animū
eius expeditum, q̄ decreuit se à corporis cōtagione purgare, & quadā humano
rum fuga solis se infondere diuinis. Hæ sunt otiosorū, q̄a rēsp. actibus se seque-
strant. Haec qđ singula uelint, superius exp̄llimus, cum de uirtutibus philoso-
phantium diceremus, quas solas quidā existimauerunt esse uirtutes. Tertiæ
sunt purgati iam desecatiq; animi, & ab omī mūdi huius asp̄gne p̄sse pureq;
deteri. Illic prudentiæ est, diuina non quasi in electione præferre, sed sola nol-
se, & haec tanq; nihil sit aliud, intueri. Tēperantiae, terrenas cupiditates nō re-
primere, sed penitus obliuisci. Fortitudinis, passiones ignorare, non uincere, ut

Primū genus.

Secundum.

Tertium.

IN SOMNIVM SCIPIONIS

Quæritum.

nesciat irasci, cupiat nihil. Iustitiae, ita cum supna & diuina mente sociari, ut seruet perpetuum cum ea sedus imitando. Quartæ exemplares sunt, quæ in ipsa diuina mœte cōsistunt, quam diximus nūp uocari, à quarū exemplo reliquæ oēs per ordinē defluūt. Nam si rēḡ aliarē, multo magis uirtutū ideas esse in mente credendū est. Illic prudentia est mens ipsa diuina. Tempantia, q̄ in se perpetua intēctione cōuersa est. Fortitudo, q̄ semp̄ idē est nec aliquā mutatur. Lusititia, q̄ p̄renni legē à sempiterna operis sui cōtinuatione non flectitur. Hæc sunt quaternarē quatuor gñā uirtutū, quæ p̄ter cætera, maximā in passionibus habent differentiā sui. Passiones aut̄ (ut scimus) uocantur, q̄ hoīes metuunt cupiuntq̄, dolent gaudentq̄. Has primæ molliunt, scđæ auerunt, tertiae obliuicūt, in quartis nelas est nominari. Si ergo hoc est officium & effectus uirtutum, beare, cōstat aut̄ & politicas esse uirtutes, igitur ex politicis efficiunt̄ beatit. Iure ergo Tullius de rerūp. rectoribus dixit, ubi beati æuo sempiterno fruantur. Qui ut oñderet, alios otiosis, alios negotiosis uirtutibus sacer beatos, nō dixit abolute, nihil esse illi principi deo acceptius q̄ ciuitates, sed adiecit, quod quidem in terris fiat, ut eos q̄ ab ipsis coelstibus incipiunt, discerneret à recto ribus ciuitatū, q̄bus p̄ terrenos actus iter paraī ad cœlū. Illa autē definitione qd̄ p̄ssius potest esse, qd̄ cautius de noīe ciuitatum, quām cōcilia(inq̄) eccl̄us q̄ hoīm iure sociati, q̄ ciuitates appellantur. Nam & seruiliis quondam & gladiatoria manus cōcilia hominum & eccl̄us fuerunt, sed non iure sociati. Illa autē soia iusta est multitudo, cuius uniuersitas in legum consentit obsequium.

Quo sensu res p. rectores, e celo descendisse, eōq̄ revertri dicantur. Capit. IX.

Perfici.

Vod uero ait: Hanc rectores & ieruatores hinc prosecti, huc revertūtur, hoc modo accipiendum est: Animam originem manare de celo, inter recte philosophantes indubitate cōstat esse sententia. Et animæ dum corpore utile, hæc est plecta sapientia, ut unde orta sit, de quo fonte uenerit, recognoscatur. Hinc illud à qdam inter alia seu festiuā seu mordacia, serio in usurpatū est, De celo descendit γνῶσις οὐαὶ. Nam & Delphici uox hæc fert oraculi, cōsulenti ad beatitatē q̄ itinere pueniret: Si te (inquit) agnoueris. Sed & ipsius fronti templi hæc inscripta sententia est. Homini aut̄ (ut diximus) una ē agnitus sui, si originis natalisq̄ principia atq̄ exordia prima resperixerit, nec se quæsiuerit extra. Sic etiā anima uirtutes ipsas cōscientia nobilitatis induit, q̄bus post corpus euecta, eō unde descenderat, reportat: q̄a nec corpora sordeſcit nec oneraēt eluie, q̄ puro ac leui sonie uirtutū rigat: nec deseruifse unq̄ cœlum uidetur, quod respectu & cogitationibus possidebat. Hinc anima, quā in se pronam corporis usus efficit, atq̄ in pecudem quodāmodo resormauit ex homine, & absolutionē corporis phorrescit, & cū necesse est, non nisi cum gemitu fugit indignata sub umbras. Sed nec post mortē facile corpus relinqit, q̄a non funditus corporeæ excedunt pestes, sed aut suū oberrat cadauer, aut noui corporis ambit habitaculū, nō humani tñmodo, sed ferini quoq̄, eleto gñē moribus congruo q̄s in homine libenter exercuit: maulliq̄ omnia peti, ut cœlum qd̄ uel ignorando, uel dissimulando, uel potius prodendo defessuit, euadat. Ciuitatum uero rectores, cæteriq̄ sapientes, cœlum respectu, uel cū adhuc corpore teneni, habitantes, facile post corpus, cœlestem, quam penè nō

re-

reliquerant, sedem reposcunt. Nec em̄ de nihilo aut de uana adulazione ueniebat, q̄ quoldā urbiū conditores, aut claros in rep. uiros, in numerz deoꝝ cōse crarit antiquas. Sed Hesiodus quoq̄ diuinæ sobolis assertor, priscos reges cum diis alijs enumerat, hisq̄ exemplo ueteris potestatis etiam in celo regendi res humanas assignat officiū. Et ne cui fastidiosū sit, si ȳsus ipsos, ut poēta Græcus protulit, tñferamus, referemus eos ut ex ȳbis suis in Latina ȳba cōuersi sunt:

Indigetes diui fato summi Iouis hi sunt,

Quondam homines, modo cum superis humana tuentes,
Largi, ac munifici, ius regum nunc quoque naēti.

Hoc & Vergilius nō ignorat, q̄ licet argumēto suo seruiens, heroas in inferos relegauerit, nō tñ eos abducit à celo, sed æthera his deputat largiorē, & nosse s̄ eos solē suum ac sidera proficitur, ut geminæ doctrinæ obseruationes practicerit, & poeticae segmentum, & philologiae ueritatem. Et si secundum illum, res quoque leuiorē quas uiui exercuerant, etiam post corpus exercent:

Quæ gratia currūm,

Armorūq̄ suit uiuī, quæ cura nitenteis

Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Multo magis restores quondam urbium recepti in celum, curam regendorū hominum non relinquunt. Hæ autem animæ in ultimam sphæram recipi credunt, quæ aplanes vocat. Nec frustra hoc usurpatū est, siqdem inde profectæ sunt. Animis em̄ necdum desiderio corporis irretitis, siderea pars mūdi p̄stat habitaculū, & inde labunt̄ in corpora. Ideo his illò est redditio, qui merent. Rectissimè ergo dictum est, cum in galaxian, quæ aplanes continet, sermo iste procedat, hinc profecti, huc reuertuntur. Ad sequentia transeamus.

Quid secundum priscos illos theologos inferi, & quando ex horum sententia, anima aut uiuere aut mori dicatur.

Capit .X.

Hic ego et̄si eram perterritus, non tam mortis metu, q̄ insidiariū à meis, quæsiliū tñ, uiueret ne ipse, & Paulus pater, & alij q̄s nos extinctos arbitraremur. Vel fortuitis & inter fabulas elucent semina infixa uirtutum, quæ nunc uideas licet, ut è pectore Scipionis uel somniantis emineant. In re em̄ una, politicarū uirtutū omnium parit̄ exercet officiū. Quod nō labitur animo p̄dicta morte perterritus, fortitudo est. Qd̄ suorū terret̄ insidijs, magisq̄ alienū facinus, q̄ suum horrescit exitiū, de pietate & nimio in suos amore pro cedit. Hæc autē diximus ad iustitiā referri, q̄ seruat unicuiq̄ quod suū est. Qd̄ ea q̄ arbitrabatur, non pro cōpertis habet, sed sp̄reta opinione, quæ minus cauis animis pro uero inolescit, querit discere certiora, indubitate prudētia ē. Qd̄ cum p̄fecta beatitas, & coelestis habitat̄ humanæ naturæ, i quia se nouerat esse, promittit, audiendi tñ talia desideriū frenat, temperat, & sequestrat, ut de uitâ aui & patris interroget, qd̄ nisi tēperantia est, ut iam tum liqueret Africaniū per quietē ad ea loca q̄ sibi deberetur, adductum. In hac autē interrogatione de animæ immortalitate tractat̄. Ipsius em̄ cōsultationis hic sensus est: Nos (in q̄) arbitrabamur aīam cū sine moriētis extingui, nec ulterius esse post hoīem. verbis Ciceris Aī enim, quos extinctos esse arbitraremur. Quod autē extinguitur, esse iā de nī. finit. Ergo uelim iā dicas (inq̄) si & pater Paulus tecū & alij sup̄sunt. Ad hanc

b v in-

interrogationem, quæ & de parentibus ut à pio filio, & cæteris ut à sapientiæ ac naturam ipsam discussante, processit, quid ille respōdit: Imò uero (inquit) hi uiuunt, qui corpora uinculis tanq; è carcere euolauerunt. Vestra uero quæ dici tur esse uita, mors est. Si ad inferos meare mors est, & est uita esse cum superis, facile discernis, q; mors animæ, q; uita credenda sit, si cōstiterit qui locus habendus sit inferorum, ut anima dum ad hunc trudit, mori: cum ab hoc procul ē, uita frui, & uerè supesse credatur. Et quia totum tractatū, quem ueteris sapientia de investigatione huius quæstionis agitauit, in hac latenter uerboru; pauci tate reperies, ex omnibus aliqua, quibus nos de rei quam quærimus absolitione sufficiet admoneri, amore breuitatis excerptissimus.

Inferos quid est se putarunt homines antiquissimi. Anteq; studium philosophicæ circa naturæ inquisitionem ad tñ uigoris adolesceret, q; per diueras gētes autores in constituendis sacris ceremoniis fuerunt, aliud esse inferos negauerunt, q; ipsa corpora, quibus inclusæ animæ, carcerē secundum tenebris, horridū sordibus & cruore patiunt. Hoc animæ sepulchræ, hoc Ditis cōcaua, hoc inferos uocauerunt. Et omnia q; illuc esse creditit fabulosa p̄suasio, in nobis metiis

Plumina inferorum quid si bi neline. & in ipsis humanis corporibus assignare conati sunt. Oblivionis fluuiū, aliud non esse asserētes, q; errorē animæ obliuiscētis maiestatē uitæ prioris, qua anteq; in corpus trudere potita est, solamq; esse in corpore uitâ putantis. Pari interpretatione Phlegetonē, ardores irarū & cupiditatū putarunt. Acheronē, qd secisse dixisse ue usq; ad tristitia humanæ uarietatis more nos poenitet. Coctytū, quicqd hoies in luctum lachrymasq; cōpellit. Stygem, q; cōquid inter se humanos animos in gurgite mergit odiorū. Ipsam quoq; pœnarū descriptionē,

Porne inferorum quomodo accipiente. de ipso usu cōuersationis humanæ sumptā crediderunt. Vulturē iecur immortale tondentē, nihil aliud intelligi uolētes, q; tormēta malæ cōscia obnoxia flagitio uiscera interiora rimātis, & ipsa uitalia indefessa admitti sceleris admonitione laniantis: semperq; curas, si requiescere forte tentauerint, excitantis, tanq; fibris renascentibus inhærendo, nec ulla sibi miseratione parcētis, lege hac quæ iudice nemo nocens absoluī, nec de se suā potest uitare sententiam. Illos autē epulis ante ora positis excruciani fame, & inedia tabescere, q; magis magisq; acquirendi desiderium cogit præsentē copiam non uidere, & in affluentia inopes, egestatis mala in hubertate patiunt, nescientes parta respicere, dū egent habendis. Illos radijs rotarū pēdēre districtos, qui nihil consilio p̄uidentes, nihil ratione moderantes, nihil uirtutibus explicātes, seq; & actus suos oēs fortunæ p̄mittentes, casibus & fortuitis semper rotant. Saxum ingens uoluere, inefficacibus laboriosisq; conatibus uitā terentes. Atrā silicē lapsurā semp, & cadenti simili, illorū capitibus imminere, qui arduas potestates & insustā ambiūt tyrannidem, nunq; sine timore uicturi, & cogentes subiectum vulgus odiſſe, dū metuā, semper libi uidentur exitium quod merētur, excipere. Nec frustra hoc theologi suspiciati sunt. Nā et Dionysius aulae Siculæ inclemensissimus incubator, familiari qndam suo solam beatā existimanti uitā tyranni, uolens q; perpetuo metu misera, q; ipendentū semper periculo; plena esset ostendere, gladium uagina raptū, & à capulo de filo tenui pendētem, mucrone demisso, iusfit familiaris illius capitū inter epulas imminere. Cumq; ille & Siculus & tyranicas copias p̄sentis mortis periculo asp̄naretur, talis est (inquit Dionysius) ui-

Ata quam beatā putabas, sic nobis semp̄ mortem imminentē videmus. Existimā ergo, q̄n felix esse poterit, q̄ timere non desinit. Scđm haec igitur q̄ à theologis asseruntur, si uerè suos quisq; patimur mānes, & inferos in his corporibus esse credimus, qđ aliud intelligēdū est, qđ mori animam, cum ad corporis in ferna demergitur: uiuere autem, cum ad supera post corpus eundū:

Quido mori,
et quando ui-
uere dicatur
anima.

Quid & ubi inferi secundum Platonicos: & quando horum sententias aet uiuere anima aut mori dicatur.

Capit XI.

Dicēdū est, qđ his postea ueri sollicitior inq̄sitor, philosophiae cultus adiecerit. Nā & q̄ primum Pythagorā, & q̄ postea Platonem secuti sunt, duas esse mortes, unam aīa, aīalis alterā prodiderunt. Mori aīal, cum aīa discedit ē corpore: ipsam uero aīam mori afferentes, cum à simplici & indiuiduo fonte naturae, in membra corporea dissipatur. Et q̄a una ex his mani festa, & omnibus nota est, altera nō nisi à sapiētibus dēphensa, cāteris eam uitā esse creditibus, idco hoc ignoraī à plurimis, cur eūdem mortis deum, modo ditem, modo immittē uocemus, cum p̄ alterā, id est aīalis mortem absolui aīam, & ad ueras naturae diuinitas, atq; ad propriā libertatem remitti, faustum nomē indicio sit: p̄ alteram uero, quæ uulgo uita existimatur, animam de immortali tatis suæ luce ad quādā tenebras mortis impelli, uocabuli testemur horrore. Nam ut cōstet animal, necesse est in corpore anima uinciaī. Ideo corpus *āīam*, hoc est uinculum, nuncupatur, & *āīam*, quasi quoddam *āīam*, id est animae sepulchrum. Vnde Cicero pariter utruncq; significās, corpus esse uinculum, cor pus esse sepulchrum, quod carcer est sepultorū, aī: Qui ē corporū uinculis tan q̄ ē carcere euolauerūt. Inferos aut̄ Platonici nō in corporibus esse, id est nō à corporibus incipere, dixerunt, sed certam mundi ipsius partē Ditis sedem, id est inferos uocauerunt. De loci uero ipsius finibus inter se diffona publicarūt, & in tres sectas diuisa sententia est. Alij em̄ mundum in duo diuiserunt, quorum alterē facit, alterē patitur. Et illud facere dixerunt, quod cum sit immutabile, alteri causam & necessitatem permutationis imponit: Hoc pati, quod p̄ mutationes uariaī. Et immutabilem qđem mundi partē à sphēra q̄ aplanes dicit, usq; ad globi lunaris exordium. Mutabilem uero à luna ad terras usq; dixerunt. Et uiuere animas dum in immutabili parte consistunt, mori aut̄ cum ad partem ceciderint permutationis capacem. Atq; ideo inter lunam terrasq; locum mortis & inferorū uocari, ipsamq; lunā uitā esse mortisq; confinium, & aīas inde in terrā fluentes mori, in ad lupa meantes in uitā reuerti, nec immerito existimatū est. A luna em̄ deorsum natura incipit caducorū, ab hac animae sub numeris dieis cadere, & sub tempus incipiunt. Deniq; illam ætheream terram physici uocauerunt, & habitatores eius lunares populos nuncupauerunt: qđ ita esse plurimis argumentis, quæ nunc longum est enumerare, docuerunt. Nec dubium est, quin ipsa sit mortalium corporum & autor & conditrix, adeo, ut nonnulla corpora sub luminis eius accessu patiātur augmenta, & hac de crescente minuantur. Sed ne de re manifesta fastidium prolixa assertione generetur, ad ea quæ de inferorum loco alij definiunt, trāseamus. Maluerunt em̄ mundum alij in elementa ter quaterna diuidere, ut in primo numerentur ordine, terra, aqua, aer, ignis, quæ est pars liquidior aeris uicina lunæ. Supra hæc tursum

Inferi secunda
Platonicos, et
corum locus.

rursum totidem numero, sed naturæ purioris elemēta, ut sit luna pro terra, quā aethereā terram à physicis diximus noīatam, aqua sit sphæra Mercurij, aér Ve
neris, ignis in sole. Tertius yō elementorū ordo ita ad nos conuersus habeatur, ut terrā ultimā faciat, & cœteris in medium redactis, in terram definat tam
ima q̄ summa postremitas. Igitur sphæra Martia ignis habeatur, aér louis, Sa
turni aqua, terra yō aplanes, in qua Elysios campos esse puris animis deputa
tos, antiquas nobis intelligendum reliqt. De his campis anima cum in corpus
emittitur, per tres elementorū ordines tria morte ad corpus usq; descendit.
Hæc est inter Platonicos de morte animæ cum in corpus truditur, secunda sent
entia. Alij uero (nam tres inter eos esse sententiæ diuerfitates ante signauimus) in duas qđem & ipsi partes sicut primi faciunt, sed nō ijsdem terminis di
uidunt mūdum. Hi enim cœlum qđ aplanes sphæra uocatur partem unam:
septē uero sphæras q̄ uagæ uocant, & qđ inter illas ac terrā est, terrāq; ipsam,
alterā partem esse uoluerūt. Scdm hos ergo, quoꝝ festæ amicior est ratio, ani
mæ beatæ ab omni cuiuscunq; cōtagione corporis liberae cœlū possidet. Quæ
uero appet̄tiā corporis, & huius quā in terris uitā uocamus, ab illa specula
altissima & p̄petua luce despiciens, desiderio latenti cogitauerit, pōdere ipso ter
renæ cogitationis paulatim in inferiora delabīt. Nec subito à pfecta incorpo
ralitate luteū corpus induitur, sed sensim p tacita detrimenta, & lōgiorem sim
plicis & absolutissimæ puritatis recessum, in qđam siderei corporis incremen
ta turgescit. In singulis eīn sphæris, q̄ cœlo subiecta sunt, aetherea obuolutiōe
uestitur, ut p eas gradatim societati huius indumenti testei cōcilietur. Et ideo to
tidem mortibus, q̄i sphæras trāst, ad hanc puenit, q̄ in terris uitā uocatur.

Quo modo anima ex superiori mundi pote ad inferna hæc delabatur. Caput XII.

Descensus uero ipsius, q̄ anima de cœlo in huius uitæ inferna delabīt,
sic ordo digeritur: Zodiacū ira lacteus circulus obliquæ circunsle
xionis occurſu ambiendo amplectitur, ut eum q̄ duo tropica signa ca
pricornus & cancer feruntur, intersecet. Has solis portas physici uocauerūt, q̄a
in utræq; obuiâ solstitio, ulterius solis inhibetur accessio, et si ei regressus ad
zonæ uitæ, cuius terminos nunq; relinqt. Per has portas animæ de cœlo in ter
ras meare, & de terris in cœlum remeare credunt. Ideo hoīm una, altera deoꝝ
uocatur. Hoīm cancer, q̄a p hunc in inferiora descensus est: Capricornus deo
rum, q̄a p illum animæ in propriæ immortalitatis fedem, & in deoꝝ numerū
revertrutur. Et hoc est qđ Homeri diuina prudentia in antri Ihacensis descripti
one significat. Hinc & Pythagoras putat à lacteo circulo deorsum incipe Di
tis imperium, q̄a animæ inde lapsæ uidentur fam à superis recessisse. Ideo pri
mam nascentibus ait lactis alimoniam offerri, quia primus eis motus à lacteo
incipit in corpora terrena labentibus. Vnde & Scipioni de animis beatorum
ostenso lacteo dictum est: Hinc profecti, huc reuertuntur. Ergo descensuræ cū
adhuc in cancro sunt, quoniam illic positæ necdum lacteum reliquerūt, adhuc
in numero sunt deoꝝ. Cum uero ad leonem labendo peruererint, illic cōditio
nis futuræ auspiciatur exordium. Et quia in leone sunt rudimenta nascendi &
quædā humanæ naturæ tyrocinia. Aq̄rius aut aduersus leoni est, & illo orien
te mox occidit: ideo cum sol aq̄rium tenet, mānibus parentatur, utpote in signo
quod

quod humanæ uitæ contrariū uel aduersum ferat. Illinc ergo, id est à confusio
 quo se zodiacus lacteusq; contingūt, anima d̄scēdens à tereti, q̄ sola forma di-
 uina est, in conū defluendo producit, sicut à puncto nascit̄ linea, & in longū ex
 indiuiduo procedit, ibiç à puncto suo qđ est monas, uenit in dyadē, q̄ est pri-
 ma protractio. Et hæc est essentia, quam indiuidua, eademq; diuidua Plato in
 Timaeo, cū de mundanæ animæ fabrica loqueret̄, expressit. Animæ em̄, sicut
 mundi, ita & hoīs unius, modo diuisionis reperiētur ignaræ, si diuinæ naturæ
 simplicitas cogite: modo capaces, cum illa per mundi, hæc per hominis mem-
 bra diffundi. Anima ergo cum trahitur ad corpus, in hac prima sui p̄ductio-
 ne sylvestrē tumultum, id est hylen influētem sibi incipit expiri. Et hoc est qđ
 Plato notauit in Phœdone, animā in corpus trahi noua ebrietate trepidatē,
 uolēs nouum potū materialis alluisionis intelligit, quo delibuta & grauata de-
 ductur. Arcani huīus indicium est & crater Liberi patris ille sidereus, in regi-
 one q̄ inter cancrum est & leonē, locatus, ebrietatē illic primum d̄scēsus ani-
 mis euenire sylua influente significans. Vnde & comes ebrieratis obliuio, illic
 incipit animis latenter obrepere. Nam si aiā memoriam rer̄ diuinare, quarū
 in celo erant conscientiae, ad corpora usq; deferunt, nulla inter hoīes foret de diui-
 nitate dissensio. Sed obliuionē qđem omnes descendendo hauriunt, aliæ uero
 magis, minus aliæ. Et ideo in terris, uer̄: cum non omnibus liqueat, tamē op-
 niant omes, qđa opinionis ortus est memorie defectus. Hi tñ hoc magis inueni-
 unt, q̄ minus obliuionis hauserunt: qđa facile reminiscuntur, quid illic ante co-
 gnouerint. Hinc est, qđ apud Latinos lectio, apud Græcos uocatur repe-
 tita cognitionis: qđa cum uera discimus, ea recognoscimus quæ naturaliter nouera-
 mus, anteç̄ materialis influxio in corpus uenientes animas ebriaret. Hæc est
 aut̄ hyle, quæ omne corpus mundi, qđ ubiuncq; cernimus, ideis impressa for-
 mavit. Sed altissima & purissima pars eius, quæ uel sustentatur diuina uel con-
 stant, nectar uocat̄, & creditur esse potus deoꝝ: inferior uero & turbidior, po-
 tus animar̄. Et hoc est qđ ueteres Letheum fluuium uocauerūt. Ipsum aut̄ Li-
 beru patrem Orphaiči ὑπὸ πλευρῶν suspicant̄ intelligi, q̄ ab illo indiuiduo natus, in
 singulos ipse diuidit̄. Ideo in illor̄ sacris tradit̄ Titaneo furore in membra dis-
 cerptus, & frustis sepultis rursus unus & integer emersisse: quia rōe, quē dixi-
 mus mentem uocari, ex indiuiduo præbendo le diuidēdum, & rursus ex diui-
 so ad indiuiduū reuertendo, & mundi implet officia, & naturæ suæ arcana nō
 deserit. Hoc ergo primo pondere de zodiaco & lacteo ad subiectas usq; sphæ-
 ras anima delapsa, dum & per illas labitur, in singulis non solum (ut iam dixi-
 mus) luminosi corporis amicitur accessu, sed & singulos motus, quos in exerci-
 tio est habitura, producit. In Saturni ratiocinationem & intelligentiam, quod
 λαγύστης, διοπτης uocat̄. In Iouis uim agendi, quod πτερωτης dicitur. In Martis
 animositatis ardorem, quod πυρωτης nuncupatur. In solis sentiendi opinandiç̄
 naturam, quod αὐτοκίνητος & φαρρεστης appellat̄. Desiderij uero motum, quod θεο-
 πλουτης uocatur, in Veneris. Pronuntiandi & interpretādi quæ sentiat, quod
 ιερωνυμης dicitur, in orbe Mercurij. οὐκης uero, id est naturam plantandi & au-
 gedi corpora, ingressu globi lunaris exercet: & ē hæc sicut à diuinis ultima, ita
 in nostris terrenisq; orbibus prima. Corpus enim hoc sicut sex rerū diuinariū
 est,

est, ita animalis est prima substantia. Et haec est differentia inter terrena corpora & supera, celi dico & sidera, aliorumque elementorum, quod illa quidem sursum accessita sunt ad animae sedem, & immortalitatem ex ipsa natura regionis, & sublimitatis imitatione emeruerunt: ad haec uero terrena corpora anima ipsa deducitur, & ideo mori creditur, cum in caducam regionem & in sedem mortalitatis includatur. Nec te moueat, quod de anima, quam esse immortalē dicimus, mortem toties noiamus. Etenim sua morte anima non extinguitur, sed ad tempus obruitur. Nec temporali demersione beneficium perpetuitatis eximitur. Cum rursus est corpore ubi meruerit, contagione uitiorum penitus elimata purgari, ad perennis uitam lucem restituta, in integrum reuertatur. Plene (ut arbitror) de uita & morte animae definitio liquet, quam de adytis philosophiae, doctrina & sapientia Ciceronis elicuit.

Hominem duplice ratione mori: Primū, si anima corpus relinquat: Deinde, si anima in corpore adhuc manens, corpores illecedras contemnet, voluptatisq; & affectiones omnes exuat. Ex his mortibus posteriorem hanc omnibus appetendum. Priorum accersitudam non esse, sed expectandum, dum deus ipse anima ac corpus dissoluerat.

Сарыт XIII.

Sed Scipio per quietem & in celo, quod in præmiū cedit beatis, & promissione immortalitatis animatus, tam glorioſam ſpem, tamq[ue] inclytam magis magisq[ue] firmauit uifo patre, de quo utrum uiueret, cum adhuc uideretur dubitare, quaesierat. Mortem igitur malle coepit, ut uiueret. Nec fiefs contentus uifo parēt, quem crediderat extinctum: ubi loqui poſſe coepit, hoc primum probare uoluit, nihil ſe magis desiderare, q[uia] ut cum eo iam moraret. Nec tamē apud ſe quaesiderabat facienda conſtituit, q[uia] ante conſuleret: quo cum unum prudentiae, alterum pictatis aſſertio eſt. Nunc ipſa uel conſulentis, uel præcipientis uerba tractemus: Quæſo, inquā, pater sanctissime atq[ue] optime, quoniam haec eſt uita, ut audio Africanum dicere, quid moror in terris? Quin huc ad uos uenire propero? Non eſt ita, inquit ille. Niſi enim cum deus hic, cuius hoc templum eſt, omneq[ue] quod conficiſ, iſtis te corporis custodijs liberauerit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim ſunt hac lege genere, qui tuerentur illum globum, quem in templo hoc medium uides, quaे terra dicitur: Hisq[ue] animus datus eſt ex illis sempiternis ignibus, q[uia] ſidera & ſtellæ uocatis, quaes globosæ & rotundæ diuinis animatae mentibus, circulos orbensesq[ue] ſuos conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi, & pijs omnibus retinendus animus eſt in custodia corporis: nec iniuſſu eius, à quo ille eſt uobis datus, ex hominum uita migrandum eſt, ne munus aſsignatum à dco defungiſſe uideamini. Hæc ſecta & præceptio Platonis eſt, qui in Phœdone defi-

Duplex mors
bois sedmple-
tonē, ex q̄ ha-
rū appetēda,
q̄ nō appetēda, idē, ppterē
ob causas. in, homini non esse ita ipse morientum. Sed in eodem tame dialogo Ieremiā
dicit, mortem philosophantibus appetendam, & ipsam philosophiam meditati-
onem esse moriendi. Hac sibi ergo contraria uidetur, sed non ita est. Nam
Plato duas mortes hominis nouit. Nec hoc nunc repeto, quod supius dictum
est, duas esse mortes, unam animae, animalis alteram: sed ipsius quoq; anima-
lis, hoc ē hominis, duas asserit mortes: quarq; unā natura, uirtutes alteram præ-
stant. Homo em̄ moriē, cum anima corpus relinqt, solutum lege naturae. Mo-
ri etiam dicit, cum anima adhuc in corpore cōstituta, corporeas illecebras phi-
losophia docēte contēnit, & cupiditatum dulces insidias reliquas p̄ om̄es ex-
irur

- A itur passiones. Et hoc est qđ supius ex scđo uirtutū ordine, qđ solis philosophantibus apte sunt, euenire signauimus. Hanc ergo mortē dicit Plato sapientibus appetendā: illam uero quam oībus natura cōstituit, cogi, uel inferri, uel accersiri uerat, docens expectandā esse naturā, & has causas huius ap̄iens sanctiōis, q̄s ex usu reze, q̄ in quotidiana cōuersatione sunt, mutuat. Ait enī eos qui p̄tatis impio trudunt i carcerē, nō oportere in diffugere, priusq; peā ipa q̄ clausit, ab ire permisit. Nō enī uitari poenā furtiuā dilectione, sed crescere. Hoc quoq; addit, nos esse in dñio deorū, quoq; tutela & prouidentia gubernamur. Nil aut̄ esse inuitō dñō de his q̄ possidet, ex eo loco in q̄ suum cōstituerat, ause-rendum. Et sicut q̄ uitā mancipio extorq̄t alieno, crimine nō carebit, ita eum q̄ finem sibi, dñō necdum iubente q̄suerit, nō absolutionem cōsequi, sed reatum.
- B Hac Platonicæ sectæ semina altius Plotinus exeq̄tur. Oportet (inquit) aīam post hoīem liberā corporeis passionibus inueniri, quā qui de corpore uiolenter extrudit, liberā esse non patitur. Qui enī sibi sua sponte necem cōparat, aut p̄tus necessitatis, aut metu cuiuslq; ad hoc descendit, aut odio, q̄ om̄ia in passione hñntur. Ergo & si ante fuit his lordibus pura, hoc ipso tñ quo exit extorta, fordescit. Dein mortem debere ait animæ à corpore solutionem esse, nō uinculū. Exitu autem coacto, animā circa corpus magis magisq; uinciri. Et reue-ra ideo sic extortæ animæ diu circa corporū, eius ue sepulturā, uel locum i quo iniecta manus est, guagantur. Cum contrā illæ animæ, q̄ in hac uita à uinculis corporeis philosophat morte dissoluuntur, adhuc extante corpore, celo & sideribus inserantur. Et ideo illā solā de uoluntarijs mortibus significat esse laudabilem, q̄ cōparatur philosophat, ratione, ut diximus, nō ferro: prudentialia, nō ueneno. Addit etiam, solam esse naturalem mortem, ubi corpus animam, nō anima corpus relinquit. Cōstat enī numerorū certam constitutāq; rationē ani-mas sociare corporibus. Hi numeri dum suplunt, perseverat corpus animari: cum uero deficiunt, mox arcana illa uis soluitur, qua societas ipsa cōstabat. Et hoc est quod fatum & fatalia uita tpa uocamus. Anima ergo ipsa non deficit, quippe q̄ immortalis atq; perpetua est, sed impletis numeris, corpus satificit. Nec anima lassatur animando, sed officium suum deserit corpus, cum iam nō possit animari. Hinc illud est doctissimi uatis: Explebo numerorū, reddarq; tenebris. Hec est igitur naturalis uere mors, cum finem corporis solus numerorū suorum defectus apportat, nō cum extorquetur uita corpori adhuc idoneo ad continuationem serendi. Nec leuis est differentia, uitam uel natura uel sp̄ote soluendi. Anima enī cum à corpore deseritur, potest in se nihil retinere corporeum, si se pure, cum in hac uita esset, instituit. Cum uero ipsa uiolenter de corpore extruditur, quia exit rupto uinculo, nō soluto, fit ei ipsa necessitas occasio passionis: & malis uinculis, dum rumpitur, inficitur. Hanc quoq; superioribus adjicit rationem non sponte peundi: Cum constet (inquit) remunerationē animis illisc esse tribuendam, pro modo perfectionis, ad quam in hac uita una quæq; peruenit, non est præcipitandus uitæ finis, cum adhuc proficiendi esse possit accessio. Nec frustra hoc dictum est, nam in arcanis de animæ reditu disputationibus fertur, in hac uita delinquentes, similes esse super æquale solū ca-dentibus, qbus denuo sine difficultate pr̄stō sit surgere. Animas uero ex hac uita

uita cum delictorū sordibus recedentes, et quandas his, qui in abruptū ex alto
 precipitiū delapsi sunt, unū facultas nunq̄ sit resurgendi. Ideo ergo concessis uten-
 dum uitæ spatijs, ut sit plectræ purgationis maior facultas. Ergo (inquieres) qui
 iam plectræ purgatus est, manū sibi debet inserre, cum nō sit ei causa remanēdi,
 q̄a prolectū ulterius nō regrit, q̄ ad supna punerit. Sed hoc ipso q̄ sibi celerē si
 nem spe fruēdā beatitatis arcet, irretit laqueo passionis: q̄a spes sicut timor,
 passio est. Sed & cetera, q̄ superior ratio differuit, incurrit. Et hoc ē, q̄ Paulus
 filium spe uitæ uerioris ad se uenire propantem, prohibet, ac repellit, ne festina
 tum absolutionis ascensionisq̄ desiderium, magis eum hac ipsa passione uinci
 at ac retarder. Nec dicit, qđ nīl mors naturalis aduenerit, emori non poteris:
 sed huc uenire non poteris. Nisi em̄(ingue) cum deus istis te corporis custodijs
 liberauerit, huc tibi aditus patere nō potest, q̄a scit iam receptus in cœlum, nīl
 perfectæ puritati coelestis habitaculi aditum non patere. Pari autem cōstan-
 tia, mors, nec ueniens per naturā timenda est, nec contra ordinem cogenda na-
 turæ. Ex his q̄ Platonem, quaēq̄ Plotinum de uoluntaria morte pronuntias-
 se retulimus, nihil in uerbis Ciceronis, qbus hāc prohibet, remanebit oblicue.

Cur mundus hic uniuersus, dei uocatur templū. Quo utiplici sensu accipiatur nomē animi. Et quomō mens homini cū sideribus cōmuniſ eſſe dicatur. Tu uarie de animi natura ſententie. Quid inter ſtellā ac ſidē interficit, quid ſphera, quid orbis, quid circuſ, ſtelle errantes unde nomē accipint.

Caput XIII.

Sed illa uerba q̄ p̄ter hoc sunt inserta, repetamus. Hoīes em̄ sunt hac lege
 gnati, q̄ uerent illum globum, quem in templo hoc mediū uides, q̄ terra
 dicit. Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus, q̄ ſidera & ſtel-
 las uocatis: q̄ globosæ atq; rotundæ, diuinis animatae mentibus, circulos fuos
 orbesq; conſiliunt celeritate mirabili. De terra, cur globus dicas in medio
 mundo positus, plenius differemus, cum de nouem ſphaeris loquemur. Bene
 autē uniuersus mundus dei templū uocat, prop̄ illos qui exiſtimat nīl eē ali-
 ud deum, nīl cœlum ip̄m, & coeleſtia iſta q̄ cernimus. Ideo ut ſummi oipoten-
 tiai dei oīderet poſſe uix intelligi, nunq̄ uideri: q̄cquid humano ſubijcit aspe-
 ctui, templū eius uocauit, q̄ ſola mente concipiſ: ut qui haec uenerant ut templo,
 cultum in maximū debeat cōditori, ſciatq; quifq; in uſum templi huius indu-
 cit, ritu ſibi uiuendum ſacerdotis. Vñ & quādā publico p̄conio tantā hu-
 mano gñi diuinitatem inesse teſtaſ, ut uniueros ſideri animi cognitione nobis
 liter. Notādum eſt, q̄ hoc loco animū & ut proprie, & ut abuīue dicitur, po-
 ſuit. Animus em̄ proprie mens eſt, quam diuiniorem aia nemo dubitauit. Sed
 nonnunq̄ ſic & animā uſurpantes uocamus. Cum ergo dicit: Hisq; animus da-
 tus eſt ex illis ſempiternis ignibus, menē p̄ſtat intelligi, q̄ nobis proprie cum
 cœlo ſideribusq; cōmuniſ eſt. Cum uero ait: Retinendus animus eſt in cuso-
 dia corporis, ip̄am tunc animam noīat, q̄ uincitur custodia corporali, cui mēs
 diuina nō ſubditur. Nunc qualis nobis animus, id eſt mens, cum ſideribus
 cōis ſit ſcīm theologos, differamus. Deus, qui prima cauſa & eſt, & uocatur,
 unus oīm quaēq; ſunt, quaēq; uidentur eſſe, princeps & origo eſt. Hic ſuperab
 undanti maiestatis fecunditate de ſe mentē creauit. Haec mens, q̄ r̄s uocatur,
 qua p̄rem inspicit, plenā ſimilitudinem ſeruat autoris. Animā uero de ſe creat,
 posteriora respiciēs. Rursus anima • p̄rem qua intuetur induitur, ac paulatim
 regredi

Caſuum.

Refutatio.

Mundus cur
dei templū di-
catur.

Animum biſa-
riam ſum.

Q̄bō animus
cū ſiderib. cō-
munis.

Alias partem
quam.

A regrediente respectu in fabricā corporis, incorpore a ipsa degenerat. Habet ergo & purissimā ex mente, de q̄ est nata, rationē, qd̄ ιογηκό uocat. Et ex sua natura accipit præbendi sensus præbendiq̄ incrementū seminarium, quorum unum adūlūcō, alterq; φυτικό pūcupat. Sed ex his primum. i. ιογηκό, qd̄ innatum sibi ex mente sumpsit, sicut uerē diuinū est, ita solis diuinis sp̄tū. Reliqua duo ἀδιδικός & φυτικό, ut à diuinis recedunt, ita cōuenientia sunt cadueis. Anima ergo creans sibi cōdensq; corpora (nam ideo ab anima natura incipit, quā sapientes deo & mente r̄p̄ noīant) ex illo mero ac purissimo fonte mentis, quem nascēdo de originis suæ hauserat copia, corpora illa diuina uel supra, ecclii dico & siderum, q̄ prima condebat, animauit, diuinæq; mentes om̄ibus corporibus, quæ in formā teretem, id est in sphæra modum, formabātur, infusæ sunt. Et hoc est

B qd̄ cum de stellis loquerē, ait: Quæ diuinis animatae mentibus. In inferiora uero ac terrena degenerans, fragilitatem corporis caducorū dephendit merā diuinitatē mentis sustinere nō posse, imo partem eius uix solis humanis corporibus cōuenire, q̄a & sola uidenī erecta, tanq; quæ ad supra ab imis recedat, & sola ecclum facile tanq; semp̄ erecta suspiciens, solisq; ineſt uel in capite sphærae similitudo, quā formā diximus solā mentis capacem. Soli igit̄ homini rationem. i. uim mentis infudit, cui sedes in capite est. Sed & geminā illā crescendi sentiendiq; naturā, q̄a caducum est corpus, inferuit. Et hinc est, q̄ homo & rationis cōpos est, & lenit, & crescit, solaq; ratione meruit p̄stare cæteris anima libus, q̄ quia semp̄ prona sunt, & ex ipso quæq; suspiciendi difficultate à superbris recesserunt, nec ullā diuinorū corporis similitudinem aliqua sui parte meruerunt, nihil ex mente sortita sunt: & ideo ratione caruerunt. Duoq; tantum adæpta sunt, sentire uel crescere. Nā si qd̄ in illis similitudinē rationis imitā, nō ratio, sed memoria est, & memoria nō illa ratione mixta, sed q̄ hebetudinē seu suum quinq; comitatatur. De qua plura nunc dicere qm̄ ad p̄sens opus non attinet, omissimus. Terrenorū corporis tertius ordo in arboribus & herbis est, quæ carent tam ratione, q̄ sensu. Et q̄a crescendi tñmodo usus in his uiger, hac sola uiuere parte dicūtur. Hunc rerum ordinem & Vergilius expressit. Nam & mundo animam dedit: & ut puritati eius attestaretur, mentem uocauit. Cœli enim (ait) & terras & maria & sidera spiritus intus alit, id est anima. Sicut alibi pro spiramento anima dicit: Quantum ignes animæq; ualent. Et ut illius

D mundanæ animæ assereret dignitatē, mentem esse testatur: Mens agitat molē. Necnon ut ostēderet ex ipsa anima constare & animari uniuersa quæ uiuunt, addidit: Inde hominū pecudumq; genus, & cætera. Utq; assereret eundē semper in anima esse uigore, sed usum eius hebetudine in animalibus corporis densitate, adiecit: Quantum non noxia corpora tardant, & reliqua. Scdm̄ haec ergo cum ex summo deo mens, ex mēte anima sit, anima uero & condat & uita compleat omnia quæ sequunt, cunctaq; hic unus fulgor illuminet, & in uniuersis appareat, ut in multis speculis per ordinem positis uultus unus, cumq; omnia continuis successionibus se sequant, degenerantia per ordinē ad imum meandi, inuenietur pressius intuenti à summo deo usq; ad ultimam rerum secē una se mutuis uinculis religans, & nūlq; interrupta cōnexio. Et hæc est Homerī catena aurea, quā pēdere de ecclio in terras deum iussisse commemorat. His

AP. capax.

ergo dictis, solum hominem constat ex terrenis omnibus, mentis, id est animi, societatem cum celo & sideribus habere communem. Et hoc est quod ait: Hisque animus datus est ex illis semper tertiis ignibus, quae sidera & stellas vocatis. Nec tamen ex ipsis celestibus & semper tertiis ignibus nos dicit animatos. Ignis enim ille, licet diuinum, non corpus est. Nec ex corpore quis diuino possemus animari, sed unde ipsa illa corpora quae diuina et sunt & uidentur, animata sunt, id est ex ea mundanae animae parte, quam diximus de pura mente constare. Et ideo postea dixit: Hisque animus datus est ex illis semper tertiis ignibus, quae sidera & stellas vocatis, mox ad iecit, quae diuinis animatae metibus: ut per semper tertiis ignes, corpus stellarum: quae diuinis uero mentes, earum animas manifesta descriptio significet, & ex illis in nostras uenire animas uim mentis ostendat.

^{Sedie plurimum de anima.} Non ab re est, ut haec de anima disputatio in fine sententias omnium, qui de anima uidentur pronuntiasse, contineat. Plato dixit animam essentiam se mouentem, Xenocrates numerum se mouentem, Aristoteles irrationalem, Pythagoras & Philolaus harmoniam, Posidonius ideam, Asclepiades quinque sensuum exercitium sibi consonum, Hippocrates spiritum tenuem per corpus omne dispersum, Heraclitus Potius lucem, Heraclitus physicus scintillam stellaris essentiam, Zenon concretum corpori spiritum, Democritus spiritum insertum atomis, hac facultate motus, ut corpus illi omni sit pium: Critolaus peripateticus constare eam de quinta essentia, Hipparchus ignem, Anaximenes aeram, Empedocles & Critias sanguinem, Parmenides ex terra & igne, Xenophantes ex terra & aqua, Boëtos ex aere & igne, Epicurus speciem ex igne & aere & spiritu mixtam. Obtinuit tamen non minus de incorporalitate eius quae de immortalitate sententia.

^{Sidera que, stelle que.} Nunc uideamus quae sint haec duo nomina, quorum pariter meminit cum dicuntur: Quae sidera & stellas vocatis. Nec enim hic res una gemina appellatione monstratur, ut ensis & gladius. Sed sunt stellae quaedam singulares, ut erraticae quinque, & ceterae, quae non admixtæ alijs, sole seruntur. Sidera uero, quae in aliquod signum stellarum plurium compositione formantur, ut aries, ut taurus, ut Andromeda, Perseus, uel corona, & quinque uariarum signorum formarum in celum recepta creduntur. Sic & apud Graecos αστρα, τοιχοι diversa significant. Etemus aster stella una est, & astron signum stellis coactum, quod nos sidus vocamus. Cum uero stellas globosas & rotundas dicat, non singularium tantum exprimit speciem, sed & eas, quae in signa formata concuerint. Omnes enim stellae inter se, et in magnitudine aliquam, nullam tamen habent in specie differentiam. Per haec autem duo nota, solida sphaera describitur, quae nec ex globo si rotunditas desideretur, nec ex rotunditate si globus desit, efficietur, cum altera a forma, altera soliditate corporis deferaatur. Sphaeras autem hic dicimus ipsarum stellarum corpora, quae oia hac specie formata sunt. Dicuntur piene sphaerae & aplanes illa quae maxima est, & subiecta septem, per quas duo lumina, & quinque uagae discurrent. Circi uero & orbes, duorum sunt recte duo nomina. Et his nominibus quaedam alibi aliter est usus. Nam & orbem pro circulo posuit, ut orbem lacteum. Et orbem pro sphaera, ut nouem tibi orbibus uel potius globis. Sed & circi uocantur, quae sphaeram maximam cingunt, ut eos sequens tractatus ostenderet, quorum unus est lacteus, de quo ait: Inter flamas circus eluces. Sed hic horum nihil neque circi, neque orbis nomine uoluit

luit intelligi. Sed est orbis in hoc loco stellæ una integræ & peracta conuersio, orbis.
A id est ab eodem loco post emenſum sphæræ, per quam mouetur, ambitum in eundem locum regreſſus. Circus autem est hic linea ambiens sphærā, ac ueluti ſemitam faciens, per quam lumen utrīcūq; diſcurrit, & inter quam uagantū stellarū error legitimus coeretur. Quas ideo ueteres errare dixerunt, quia & cursu ſuo feruntur, & cōtra sphæræ maximæ, id est ipſius cœli, impetu contrariuſ motu ad orientem ab occidente uoluuntur. Et omnium quidem par celeritas, motus ſimilis, & idem eſt modus meādi, ſed non omnes eodem tempore circos ſuos orbesq; conficiunt. Et ideo eſt celeritas ipſa mirabilis, quia cum ſit eadem omniū, nec ulla ex illis aut concitatior eſſe poſſit, aut ſegnior, non eodem tamen temporis ſpatio omnes ambitum ſuum peragunt. Cauſam uero ſub eadem celeritate diſparis ſpatij, aptius nos ſequentia docebunt.

De undecim circuitis cœli ambienib⁹.

Caput .XV.

His de ſiderijs natura & ſiderere hoīm mente narratis, rursus filium pater, ſtelle circuitus.
 Ut in deos pius, ut in hoīes iustus eſſet, hortatus, præmium rursus adiecit, oñdens lacteū circuitū uirtutibus debitum, et beatiorē cœtu refertū. Cuius meminīt hiſ uerbis: Erat autē iſ ſplendidiflīmo cādore inter flāmas circuitus eluēns, quē uos (ut à Graijs accepistis) orbem lacteū nuncupatis. Orbis hic idē qđ circus in lacteī appellatione ſignificat. Eſt autē lacteus unuſ ē circuitus, q; ambiunt cœlu, & ſunt p̄ter eum numero decem, de quibus quāe dicenda ſunt proſeremus, cum de hoc cōpetens ſermo proceſſerit. Solus ex omniib⁹ hic ſubiectus eſt oculis, ceteris circuitis magis cogitationēq; uiſu comprehendendis.

C De hoc lacteo multi inter ſe diuerſa ſenſerūt, cauſasq; eius alij fabulofas, natuiales alij, p̄tulerunt. Sed nos fabulofa reticentes, ea tñmodo q; ad naturam eius uiſa ſunt p̄tinere, dicemus. Theophrastus lacteum dixit eſſe cōpagem, qua de duobus hemiſphærijs cœli ſphæra ſolidata eſt. Et ideo ubi oræ utrīcū conuenierant, notabilē claritatē uideri. Diodorus ignem eſſe densatæ cōcretae q; naturæ in unā curui limitis ſemītā, diſcretione mundanæ fabricæ coaceruāte concretū. Et ideo uiſum intuētiſ admittere, reliq; igne cœleſti lucē ſuam nimia ſubtilitate diſfufam non ſubiecte cōspectui. Democritus innumeratas ſtellatas, breuesq; oēs, quāe ſpillo tractu in unum coactæ, ſpatijs q; anguſtissima interiacet optis, uicinæ ſibi undicq; & ideo paſſim diſfufa lucis aſſagine, continuū iuncti luminis corpus oñdunt. Sed Poffidonijs, cuius definitioni pluriū consensus

D accessit, ait lacteū caloris eſſe ſiderel infusionē, quā ideo aduersa zodiaco curuſas obliquauit, ut qm̄ ſol nunq; zodiaci excedendo terminos, exterm ſeruoris ſui partē cœli reliquā deferebat, hic circus à uia ſolis in obliquū recedens, universitatē flexu calido tēperaret. Quibus autē partibus zodiacum interſecet, ſuperius iam relatiū eſt: Haec de lacteo. Decem autē alij (ut diximus) circuiti ſunt, quo rum unus eſt ipſe zodiacus, q; ex his decem ſolus potuit latitudinē hoc modo, quem reſeremus, adipiſci. Natura cœleſtiū circulorū incorporalis eſt linea, q; ita mente concepiſ, ut ſola longitudine ceneſat, latum habere non poſſit. Sed in zodiaco latitudinem ſignorū capacitas exigebat. Quantum igitur ſpatij lata di mensio porrectis ſideribus occupabat, duabus lineis limitatum eſt. Et tertia dueta per medium, ecliptica uocatur, quia cum curſum ſuū in eadē linea pariter

c ij ſol

sol & luna conscient, alterius eorum necesse est uenire defectum: solis, si ei tunc luna succedat: lunæ, si tunc aduersa sit soli. Ideo nec sol unç deficit, nisi cum tricesimus lunæ dies est: & nisi quintodecimo cursus sui die, nescit luna defectū. Sic enim euénit, ut aut lunæ contra solem positæ ad mutuandū ab eo solitum lumen, sub eadē inuentus linea terræ conus oblistar, aut soli ipsa succedens obiectu suo ab humano aspectu lumen eius repellat. In defectu ergo sol ipse nil patitur, sed noster fraudat aspectus. Luna uero circa proprium defectū laborat, non accipiendo solis lumen, cuius bñficio noctem colorat. Qd sciens Vergilius disciplinarz om̄ium peritissimus, ait: Defectus solis uarios, lunæc̄p labores.

Paralleli quinque. Quamvis igit̄ trium linearz ductus zodiacum & claudat, & diuidat, unum tñ circum autor uocabulor̄ dici uoluit antiquitas. Quinq̄ alij circuli, paralleli uocantur. Horz medius & maximus est æquinoctialis. Duo extremitatibus uici

Canceris. ni, atq̄ ideo breves, quoꝝ unus septentrionalis dicitur, alter australis. In hos & mediū duo sunt tropici, maiores ultimis, medio minores, & ipsi ex utracc̄ parte zonæ uata terminū faciunt. Præter hos alij duo sunt coluri, qbus nomen dedit implexa cōuersio. Ambiētes em̄ septentrionalem uerticem, atq̄ inde in diuersa diffusi, & se in summo intersecant, & qnq̄ parallelos in quaternas partes æqualis diuidunt, zodiacū ita intersecantes, ut unus eorū p arietem & librā, alter p cancerum atq̄ capricornum meando decurrat, sed ad australē uerticē non puenire credunt. Duo q̄ ad numeror̄ prædictum supsum, meridianus &

Meridianus. horizon, non scribunt in sphera, q̄a certum locū habere nō possunt, sed pro diuersitate circunspectientis habitatiū ue uarian̄. Meridianus est em̄, quem sol cū sup hominum uerticē uenerit, ipsum diem medium efficiendo designat. Et q̄a globositas terræ habitationes om̄ium æquales sibi esse non patitur, nō eadem pars coeli omnium uerticem despicit. Et ideo unus om̄ibus meridianus esse nō poterit, sed singulis gētibus sup uerticem suum proprius meridianus efficietur.

Horizon. Similiter facit sibi horizonem circunspectio singulorū. Horizon est em̄, uelut quodā circa designatus terminus cœli, quod super terram uidetur. Et quia ad ipsum uerū sinem non potest humana acies peruenire, quantum quisq̄ oculos circumferendo conspexit, proprium sibi cœli quod super terram est, terminum facit. Hic horizon quem sibi uniuscuiusc̄ circūscribit aspectus, ultra trecentos & sexaginta stadios longitudinem intra se continere non poterit. Centum enim & octoginta stadios non excedit acies contrà uidentis. Sed uifus cum ad hoc spatium uenerit, accessu deficiens in rotunditatem recurrendo curuat. Atq̄ ita fit, ut hic numerus ex utracc̄ parte geminatus, trecentor̄ sexaginta stadiorum spatium quod intra horizōtem suum continent, efficiat: semper c̄tum ex

Ast. anterior. huius spatiū parte postera procedendo dimiseris, tñ tibi de-interiore sumetur, & ideo horizon semper quantacunq̄ locor̄ transgressione muratur. Hunc autem quem diximus admittit aspectum, aut in terris æqua planities, aut pelagi tranquilla libertas, quæ nullam oculis obiicit offensam. Nec te moueat, q̄ sepe in longissimo politum montem uidemus, aut q̄ ipsa cœli supra suspicimur. Aliud est em̄, cum se oculis ingerit altitudo, aliud cum p planū se porrigit, & extendit intuitus, in quo solo horizontis circus efficiuntur. Haec de circis oibus, quibus cœlum cinguntur, dicta sufficient. Tractatū ad sequentia transferamus.

Qui

A Qui fiat, ut quedam stellæ nunqa nobis videantur, & quia stellæ omnim magnitudo. Cap. XVI.

EX quod mihi omnia contemplanti, preclaræ cetera & mirabilia uidebani. Erat autem hæ stellæ, quas nunqa ex hoc loco uidimus, & hæ magnitudines oim, quas esse nunqa suspicati sumus. Ex quibus erat ea minima, quod ultima à ccelo, citima terris, luce lucebat aliena. Stellare aut globi terræ magnitudinē facile uincebat. Dicendo: Ex quod mihi oia contemplanti, id quod supradiximus affirmat, in ipso lacteo Scipionis & parentum quod somnium contigisse conuentum.

Cur quedam
stelle a nobis
uideantur sem
per, quedam
nunquam.

Duo sunt autem propria, quod in stellis se admiratum refert: aliquare nouitatem, & omnim magnitudinem. Ac prius de nouitate, post de magnitudine dissere-
Bmus. Plene & docte adiicio, quas nunqa ex hoc loco uidimus, causam cur à nobis nō uideani, oñdit. Locus emn res habitationis ita positus est, ut quædā stellæ ex ipso nunqa possint uideri. Quia ipsa pars cœli in qua sunt, nunqa po-
test hic habitatibus apparere. Pars emn haec terræ quod incolit ab uniuersis homi-
nibus, quā nos inuicem scire possumus, ad septentrionalem uerticem surgit, &
sphæralis cœuxitas australē nobis uerticē in ima demergit. Cum uero temp
circa terram ab ortu in occasum cœli sphæra uoluatur, uer tex hic qui septentri-
ones haber, quoquo uersum mundana uolubilitate ueratur, quoniam sup nos
est, semper à nobis uideatur, ac semper ostendit arctos oceanii metuentes æquo
re tingi. Australis contrà quasi semel nobis pro habitationis nostræ positione
demersus, nec ipse nobis unquam uideatur: nec sidera sua, quibus & ipse sine du-
bio insignitur, ostendit. Et hoc est quod poëta naturae ipsius conscius, dixit:

Hic uer tex nobis semper sublimis, at illum

C Sub pedibus Styx atra uidet, manesqe profundi.

Sed cum hanc diuersitatem cœlestibus partibus uel semper uel nunqa apparen-
di terræ globositas habitantibus faciat, ab eo qui in ccelo est, omne sine dubio
cœlum uideatur, nō impeditio aliqua parte terræ, quæ tota puncti locum pro
cœli magnitudine uix obtinet. Cui ergo australis uerticis stellas nunqa de ter-
ris uidere contigerat, ubi circūspectu liberum sine offesa terreni obijcis uisitu sunt,
iure quasi nouæ admiratione dederunt. Et quia intellexit causam propri quā eas
nunqa ante uidesset, ait: Erat aut hæ stellæ quod nunqa ex hoc loco uidimus. Hunc

stellæ singu-
las uniuer-
sa terra esse ma-
iores.

locum demonstratiue terræ dicens, in qua erat dum ista narraret. Sequit illa discussio, quid sit quod adiecit: Et hæ magnitudines oim, quas esse nunqa suspi-
cati sumus. Cur autem magnitudines quas uidit in stellis, nunqa hoies suspi-
cati sint, ipse patefecit addendo: Stellare autem globi terræ magnitudinem faci-
le uincebat. Nam quādo homo, nisi quem doctrina philosophiae supra hoiem,
imò uerè hoiem fecit, suspicari potest stella unam omni terra esse maiorem, cum
uulgo singulæ uix facis unius flammæ æquare posse uideatur; Ergo tunc earum
uerè magnitudo asserta crede, si maiores singulas quod est omnis terra, esse consti-
tutit, quod hoc modo licet recognoscas. Punctum dixerunt esse geometræ, quod
ob incomprehensibilem breuitatem sui, in partes diuidi nō possit, nec ipsum pars
aliqua, sed tantummodo signum esse dicatur. Physici terram ad magnitudi-
nem circi, per quem sol uoluitur, puncti modum obtinere docuere. Sol autem
quanto minor sit circo proprio, deprehensum est manifestissimis dimensionum
rationibus. Constat mensuram solis ducentesimam sextamdecimam partem habe-

IN SONNIVM SCIPIONIS

re magnitudinis circi, p quem sol ipse discurrit. Cum ergo sol ad circū pars certa sit, terra uero ad circum solis punctum sit, quod pars esse nō possit, sine cunctatione iudicij solem constat terra esse maiorē, si maior est pars eo, quod partis nomen nimia breuitate non capit. Vergil solis circu superioris stellarum circos certum est esse maiores, si eo quod continetur, id quod continet maius est: cum hic sit celestium sphærarum ordo, ut à superiore unaquacumq; inferior ambiatur. Vnde & lunæ sphærā quasi à coelo ultimam & uicinam terræ, minimam dicit, cū terra ipsa in punctum quasi meridie iam postrema deficiat. Si ergo stellarum superiorum circi (ut diximus) circu solis sunt grandiores, singulæ autē huius sunt magnitudinis, ut ad circū unaquacumq; suum, modum partis obtineat, sine dubio singulæ terra sunt ampliores, quā ad solis circum q; superioribus minor ē, punctum esse pdiximus. De luna, si uerè luce lucet aliena, sequentia docebunt.

Al. sphaera.

Calum, quamobrem semper, & in orbē mouetur. Quo sensu summus vocem deus, & eque stellæ quas fixas vocant, suo etiam proprio motu agitantur.

Caput XVII.

Hec cum Scipionis obtutus non sine admiratione percurrēs, ad terras Hulsi p̄ fluxisse, & illic familiarissimū hæsisset, rursus autē monitu ad superius Hera reuocatus est, ipsum à coeli exordio sphærarū ordinem in hac uerba monstrantis: Nouem tibi orbibus uel potius globis connexa sunt omnia, quorum unus est celestis extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus arcens & continens ceteros, in quo sunt infixi illi qui uoluunt stelliarum cursus sempiterni. Cui subiecti septem, qui uersantur retro contraria motu atq; celum. E quibus unum globum possidet illa, quam in terris Saturniā nominant. Deinde est hominum generi prosperus & salutaris ille fulgor, q; dicatur Louis. Tum rutilus horribilisq; terris, quem Martium dicitis. Deīn sub tēr medium serè regionē sol obtinet, dux & princeps & moderator lumen re liquorum, mens mundi & temperatio, tāta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret & compleat. Hunc ut comites cōsequuntur Veneris alter, alter Mercurij cursus. Infimoq; orbe luna radijs solis accensa conuertitur. Infra autem eam nihil est, nisi mortale & caducum, præter animos munere deorum hominum generi datos. Supra lunam sunt æterna omnia. Nam ea quæ est media & nona celus, neq; mouetur, & insima est, & in eam seruntur omnia nutu suo pondera.

*Ali. de septem
medium.*

6. exid.

Proponit ea q;
p ordine sunt
explicanda.

Totius mundi à summo in imum diligēs in hunc locum collecta descriptio est, & integrum quoddam uniuersitatis corpus effingitur, quod quidam nō nō, id est omne, dixerunt. Vnde & hic dicit: Connexa sunt omnia. Vergilius uero magnum corpus uocauit: Et magno se corpore miscer. Hoc autem loco Cicero, rerum querendarum iactis seminibus, multa nobis excolenda legauit. De septem subiectis globis (ait) q; uersantur retro contraria motu atq; celū. Quod cum dicit, admonet ut queramus, si uersatur celum. Et si illi septem & uersantur, & contrario motu mouētur. Aut si hunc esse sphærarū ordinem quem Cicero reserat, Platonica cōsentit autoritas. Et si uerè subiectæ sint, quo pacto stellæ easq; omium zodiacū lustrare dicant, cū zodiacus & unus & in summo cœlo sit. Quæ uero ratio in uno zodiaco aliq; cursus breuiores, aliq; faciat longiores. Hæc em̄ omnia in exponendo easq; ordine necesse est assentir. Et postremo, qua ratione in terrā seruant, sicut ait: Omnia nutu suo pōdera.

Ver-

Cœlū cur mo
teatur.

Cur nō motu
reflo, sed ior
bem agatur.

Sphera extia
quo sensu sum
mus uocetur
deus.

Aegloga 3.

Anet stelle fi
xe, suo quodā
motu agatur.

A Versari ccelum, mundanæ animæ natura, & uis, & ratio docet. Cuius æter
nitas in motu est: quia nunç motus relinquit, quod uita non deserit: nec ab eo
uita discedit, in quo uiget semper agitatus. Igitur & eceleste corpus quod mun
di anima futurū sibi immortalitatis particeps fabricata est, ne unç uiuēdo de
ficiat, semper in motu est, & stare nescit: quia nec ipsa stat anima quia impelliē.
Nam cum animæ, quæ incorporeæ est, essentia sit in motu, primū autem om̄i
um cœli corpus anima fabricata sit, sine dubio in corpus hoc primū ex incor
poreis motus natura migrauit. Cuius uis integra & incorrupta nō deserit, qd̄
primum coepit mouere. Ideo uero cœli motus necessariō uolubilis est, quia
cum semper moueri necesse sit, ultrā autem locus nullus sit, quō se tendat acces
sio, cōtinuatione perpetua in se reditionis agitur. Ergo in quo potest, uel ha
bet, currit, & accedere eius reuolut est: quia sphæræ, spatiæ & loca complecten
tis om̄ia, unus est cursus, rotari. Sed & sic animam sequi semper uideatur, quæ
in ipsa uniuersitate discurrit. Dicemus ergo, quod eam nunç reperiāt, si lem
per hāc sequitur? Imò semper eam reperiit, quia ubiq̄ tota, ubiq̄ perfecta est.

Cur ergo, si quam quererit reperiit, non quiescit? Quia & illa requietis est in
scia. Staret em̄, si usq̄ stantem animam reperiret. Cum uero illa, ad cuius appre
tentia trahitur, semp in uniuersitate fundat, semper & corpus se in ipsam, & per
ipsam retorquet. Hæc de ecelestis uolubilitatis arcano pauca de multis Ploti
no autore regta sufficiant. Qd̄ aut hunc istum extimum globum, qui ita uol
uit, summū deum uocauit, non ita accipiendo est, ut ipse prima causa & deus
ille omnipotentissimus existimat, cum globus ipse quod cœlū est, animæ sit fa
cbris, anima ex mente processerit. mens ex deo qui uerè summus est, procreata
sit. Sed sumnum quidem dixit, ad cæterorum ordinem qui subiecti sunt: unde
mox subiecit: Arcens & continens cæteros. Deum uero, qd̄ non modo immor
tale animal ac diuinum sit, plenum inclytæ ex illa purissima mēte rationis, sed
qd̄ & uirtutes om̄es, quæ illam primæ omnipotentiam summitatis sequuntur, aut
ipse faciat, aut ipse contineat, ipsum deniq̄ louem ueteres uocauerunt, & apud
theologos lupiter est mūdi anima. Hinc illud est: Ab loue principium muse,
Iouis om̄ia plena. Quod de Arato, poëta alij mutuati sunt, qui de sideribus lo
cuturus, à cœlo in quo sunt sidera, exordium sumendū esse decernens, ab loue
incipiendum esse memorauit. Hinc Iuno, & soror eius, & coniunx uocatur.
D Est aut̄ Iuno aér: & dicitur soror, quia ijsdem seminibus, quibus ccelum, etiam
aér est procreatus: coniunx, quia aér subiectus est cœlo. His illud adisciendū
est, qd̄ p̄ter duo lumina, & stellas quinq̄ quæ appellani uagæ, reliquas om̄es,
alij infixas cœlo, nec nisi cū cœlo moueri, alij (quorū assertio yōo proprieſt̄ est)
has quoq̄ dixerūt suo motu, p̄ter qd̄ cum cœli conuersione seruntur, accedere.
Sed proprieſt̄ immēritatem extimi globi, excedentia credibilē numerū secula, in
una eas cursus sui ambitione cōsumere, & ideo nullū earē motū ab hoīe senti
ri, cū nō sufficiat humanæ uitæ spatiū, ad breue saltē punctū tā tardæ accessi
onis deprehendendū. Hinc Tullius nullius sectæ inficiūs ueteribus approbatæ,
simil attigit utranc̄ sententiā, dicendo: In q̄ sunt infici illi q̄ uoluunt stellarum
cursus sempiterni. Nam & infixos dixit, & cursus habere non tacuit.

Stellas errantes, contrario q̄ cœlum motu uerſari.

Capit . XVIII.

c iiiij Nunc

NVnc utrum illi septē globi, q̄ subiecti sunt, contrario (ut ait) ē cœlum
uerti, motu ferantur, argumentis ad uerū ducentibus, regramus. Solē
ac lunam & stellas quinq̄, q̄bus ab errore nomen est, præter q̄ secū
trahit ab ortu in occasum cœli diurna cōuersio, ipsa suo motu in orientē ab oc
cidente procedere, non solis literar̄ profanis, sed multis quoq̄ doctrina initia
tis, abhorrente à fide, ac monstro simile iudicatum est: sed apud pressius intuentes
ita esse uerū constabit, ut non solum mente concipi, sed oculis quoq̄ ipsis possit
probari. Tamē ut nobis de hoc sit cum p̄tinaciter negāte tractatus, age ḡs quis
tibi hoc liquere dissimulas, simul om̄ia quae uel cōtentio sibi fungit detractas si
dem, uel quae ipsa ueritas függerit, in diuisionis membra mittamus. Has erra
ticas cum luminibus duobus, aut infixas cœlo, ut alia sidera, nullum sui motū
nīris oculis indicare, sed ferri mundanæ cōuerſionis imperu, aut moueri sua quo
q̄ accessione dicemus. Rursus, si mouen̄, aut cœli uīa sequuntur ab ortu in oc
casum, & cōmuni & suo motu meātes, aut cōtrario recessu in orientem ab occi
denti parte uersantur. Præter hoc (ut opinor) nihil potest uel esse, uel singi. Nūc
uideamus qđ ex his poterit uerū probari. Si infixæ essent, nunq̄ ab eadē statio
ne discederēt, sed in eisdē locis semp̄ ut aliæ uiderentur. Ecce enī de infixis uergi
lliae, nec à sui unq̄ se copulatione disp̄gunt, nec hyadas quae uicinae sunt, dese
runt, aut Orionis proximā regionē relinquunt. Septentrionum quoq̄ compa
go nō soluit. Anguis q̄ inter eos labiē, semel circunfusum nō mutat amplexū.
Hæ uero, modo in hac, modo in illa cœli regione uisuntur. Et s̄pē cum in unū
locum duæ plures uel cōuenerint, & à loco in q̄ simul uisitæ sunt, & à se post
ea separantur. Ex hoc eas nō esse cœlo infixas, oculis quoq̄ approbatib⁹ cōstat.
Igit̄ mouētur, nec negare hoc quisq̄ poterit, qđ uisus affirmat. Quærendum ē
ergo, utrum ab ortu in occasum, an in cōtrarium motu pprio reueluantur. Sed
& hoc q̄rentibus nobis, nō solum manifestissimo ratio, sed uisus q̄q̄ ipse mon
strabit. Cōsideremus enī signor̄ ordinē, q̄bus zodiacū diuīsum uel distinctū
uidemus, & ab uno signo q̄libet ordinis eius sumamus exordium. Cum aries
exorit, post ip̄m taurus emergit: Hunc gemini sequuntur, hos cācer, & p̄ ordinē
reliqua. Si istæ ergo in occidentē ab oriente, p̄cederent, nō ab ariete in taure, q̄
retro locatus est, nec à tauro in geminos signum posterius voluerent, sed à ge
minis in taure, & à tauro in arietē, recta, & mundanæ uolubilitatis cōsona ac
cessione prodirent. Cum uero à primo in signum scđm, à scđo ad tertium, & in
ad reliqua q̄ posteriora sunt, reueluantur, signa autem infixæ cœlo ferantur, sine du
bio cōstat, has stellas nō cum cœlo, sed cōtra cœlum moueri. Hoc ut plenē li
queat, astruamus de lunæ cursu, q̄ & claritate sui & uelocitate notabilior est.
Luna postq̄ à sole discedens nouata est, scđo ferē die circa occasum uideatur, & q̄si
uicina soli quem nup̄ reliquit, postq̄ ille demersus est, ipsa cœli marginē tenet an
tecedentis sup̄ occidens. Tertio die tardius occidit q̄ scđo, & ita q̄tidie longius
ab occasu recedit, ut septimo die circa solis occasum in medio cœlo ipsa uideatur.
Post alios uero septem, cum ille mergit, hæc oriſ: adeo media parte mensis
dimidium cœlum, id est unum hemisphaerium, ab occasu in orientem receden
do metit. Rursus post septem alios circa solis occasum latētis hemisphaerij, uer
ticem tenet. Et huius rei indicium est, q̄ medio noctis exoritur. Postremo, toti
dem

Locis argu
menti.

A dem diebus exēptis, solē denuo cōprehendit, & uicinus uidet ortus amborum, q̄ diu soli succedens rursus mouet, & rursus recedens paulatim semp̄ in orientem regrediendo relinquit occasum. Sol quoq̄ ipse nō aliter q̄ ab occasu in orientem mouet, & licet tardius recessum suum q̄ luna cōficiat, q̄ ippe q̄ tanto tempore signū unū emetatur, t̄p̄to totū zodiacum luna discurrit, manifesta tñ & subiecta oculis motus sui p̄stat indicia. Hunc em̄ in ariete ēē ponamus, qđ ga æquinoctiale signū est, pares horas somni & diei facit. In hoc signo cū occidit, librā, id ē scorpij chelas mox oriri uidemus, & appāret taurus uicinus occasui. Nam ygilias & hyadas partes tauri clariores, nō multo pōst, sole mergēte uidemus. Seq̄nti mēs sol in signū posterius, id est in taurū recedit: & ita sit, ut neq̄ uergiliæ, neq̄ alia pars tauri illo mēs uideat. Signū em̄ qđ cū sole orit̄, et cū sole occidit, semp̄ occulit: adeo, ut & uicina astra solis, ppinq̄tate celent̄. Nam & canis tūc, ga uicinus tauro ē, nō uidet, tectus lucis ppinq̄tate. Et hoc ē qđ Verg. ait:

Candidus auratis aperit cum cornibus annum

Taurus, & aduerso cedens canis occidit astro.

Georgi. I.

Non em̄ uult intelligi, taurō oriēte cum sole, mox in occasum ferrī canem, qui proximus tauro est, led occidere eum dixit tauro gestātē solem, quia tunc incipit non uideri sole uicino. Tunc tamen occidente sole libra adeo superior inuenit, ut totus scorpius ortus appareat. Gemini uero uicini tunc uidentur occasui. Rursus, post tauri mensem gemini nō uidentur, qđ in eos solem migrasse significat. Post geminos recedit in cancerum. Et tunc cum occidit, mox libra in medio celo uideatur. Adeo constat solem tribus signis peractis, id est ariete & tauro & geminis, ad medietatem hemisphaerij recessisse. Deniq̄ post tres menses sequentes, tribus signis quæ sequuntur eremis, cancerum dico, leonē & uirginem, inuenitur in libra, quæ rursus æquat noctem diei, & dum in ipso signo occidit, mox oritur aries, in quo sol ante sex menses occidere solebat. Ideo autē occasum magis eius t̄p̄ ortum eligimus proponendum, quia signa posteriora post occasum uidentur. Et dum ad hæc quæ sole mergente uideri solent, solem redire monstramus, sine dubio eum contrario motu recedere, t̄p̄ celum mouetur, ostendimus. Hæc autem quæ de sole & luna diximus, etiā quinc̄ stellārū recessum assignare sufficient. Pari em̄ ratione in posteriora signa migrando, semper mundanæ uolubilitati contraria recessione uersantur.


D

Quem Cicero, & quem Plato soli inter errantes stellas assignaverit ordinem. Cui luna lumen suum mutuerit a sole, sicq; luceat, ut tamen non calefaciat. Deinde, cui sol non absolute, sed fere mediis inter planetas esse dicatur. Unde sideribus nomina. Et cui stellarum errantium, die ad uerse nobis sint, die prospere.

Caput .XIX.

His assertis, de sphærarum ordine pauca dicenda sunt. In quo dissentire sol quem ordine habet inter planetas, id est in medio locatam dicat, Plato à luna sursum secundam, hoc Planetas. est inter septem à summo locum sextum, tenere commemoaret. Ciceroni Archimedes & Chaldaeorum ratio consentit. Plato Aegyptios omnium philosophiarum disciplinarum parentes secutus est, qui ita solem inter lunam & Mercurium locatum volunt, ut ratione tamen deprehenderint & edixerint, cur à non-

c v nul-



nullis sol supra Mercurium supraq; Venerem esse credatur. Nam nec illi qui ita existimant, à specie ueri procul aberrant. Opinionem uero istius permutati onis huiusmodi ratio persuasit. A Saturni sphæram quæ est prima de septē, usq; ad sphæram Iouis à sumno secundam, interiecti spati tanta distantia est, ut zodiaci ambitum superior triginta annis, duodecim uero annis subiecta cōficiat. Rursus tantum à Ioue sphæra Martis recedit, ut eundem cursum biennio per agat. Venus autem tanto est regione Martis inferior, ut ei annus satis sit ad zodiacū peragrandū. Iam uero ita Veneri proxima est stella Mercurij, & Mer curio sol propinquus, ut hi tres cœlū suum pari tēporis spatio, id ē anno plus minus' ue circumeat. Ideo & Cicero hos duos cursus comites solis uocauit, q; in spatio pari, longè à se nunq; recedunt. Luna autē tantum ab his deorsum recessit, ut quod illi anno, uigintiocto diebus ipsa cōficiat. Ideo necq; de trium superiorum ordine, quem manifeste clareq; distinguit immensa distantia: necq; de lunæ regione, quæ ab omnibus multum recessit, inter ueteres aliqua fuit dis sensio. Horum uero trium sibi proximorum, Veneris, Mercurij, & Solis ordinem uicinia confudit. Sed apud alios. Nam Aegyptiorum solertia ratio nō fugit, quæ talis est: Circulus per quem sol discurrit, à Mercurij circulo ut inferior ambitur. Illū quoq; superior circulus Veneris includit. Atq; ita sit, ut hæ duæ stellæ, cū p; supiores circulorū suorū uertices currūt, intelligentia supra sole locatæ. Cum uero per inferiora commeat circulorum, sol eis superior existime tur. Illis ergo q; sphæræ earum sub sole dixerunt, hoc uisum est ex illo stellarū cursu, qui nonnunq; (ut diximus) uidetur inferior, qui & uerè notabilior est, q; tum liberius appetet. Nā cum superiora tenent, magis radijs occulūtur. Et id eo p̄suasio ista cōualuit, & ab omnibus penè hic ordo in usum receptus ē. Per spicacior tamē obseruatio-meliorē ordinem deprehendit, quem præter indagi nem uisus, hæc quoq; ratio commendat, qd lunam quæ luce propria caret, & de sole mutuatur, necesse est fonti luminis sui esse subiectā. Hæc enim ratio facit lunā non habere lumen proprium, cæteras omnes stellas lucere suo:q; illæ supra sole locate in ipso purissimo æthere sunt. In quo omne quicquid est, lux naturalis & sua est, quæ tota cum igne suo ita sphæræ solis incubit, ut cœli zone, quæ procul à sole sunt, perpetuo frigore oppressæ sint, sicut in fr̄ ostenderetur.

AL actiorē.

Luna luce lu et aliena.

quia sola ipsa sub sole est, & caducorum iam regioni luce sua carenti proxima, luçem nisi defupè posito sole cui resplendet, habere nō potuit. Deniq; quia totius mundi una pars terra est, ætheris autē una pars luna est, ^H lunam quoq; terram, sed æthercam uocauerunt. Immobilis tamē ut terra esse non potuit, q; in sphæra quæ uoluit, nihil manet immobile præter cœrum. Mundanæ aut sphæræ terra centrum est, ideo sola immobilitas perseverat. Rur sus terra accepto solis lumine clarescit tantummodo, non reluet: Luna speculi instar lumē quo illustratur emittit, quia illa aeris & aquæ, quæ per se cōcreta & densa sunt, sex habef: & ideo extrema uastitate densata est, nec ultra superficie quavis luce penetratur. Hæc licet & ipsa finis sit, sed liquidissima lucis & ignis ætherei: ideo cōuis densius corpus sit, q; cætera cœlestia, ut multo tamē terreno purius, sit accepta luci penetrabile: adeo, ut eā de se rursus emittat, nul lum tamē ad nos perserētem sensum caloris: quia lucis radius, cum ad nos de ori-

A origine sua, id ē de sole, quenā naturā secū ignis de quo nascit, deuehit. Cū uero in lunæ corpus insfundit, & inde resplēdet, solam refundit claritudinē, nō cā lōrem. Nam & speculū cum splēdorem de se ui oppositi eminus ignis emittit, solam ignis similitudinem carentem sensu caloris ostendit.

Quem soli ordinem Plato dederit uel eius autores, quos ue Cicero secutus quartū locum globo eius assignauerit, uel q̄ ratio p̄suuationem huius diuērsitatis induixerit, & cur dixerit Tullius, insimocq̄ orbi luna radijs solis accensa cōuerti, satis dictū est. Sed his hoc adiiciendū est, cur Cicero cum quartum de septē, solē uelit, quartus aut̄ inter septē non serē medius, sed om̄imodo medius & sit, & habeat, nō abruptē mediū solē, sed serē mediū dixerit his uerbis: Dein de. subtēr mediā serē regionē sol obtinet. Sed nō uacat adiectio, qua haec pro B nuntiatio tēperatur: nam sol quartū locum obtinens, mediā regionē tenebit nu mero, spatio non tenebit. Si inter ternos em̄ summos & imos loca, sine dubio medius est numero. Sed totius spatij quod septē sphæræ occupant, dimensione p̄specta, regio solis nō inuenit in medio spatio locata, quia magis à summo ip̄e, q̄ ab ipso recessit ima postremitas, quod sine ulla disceptationis ambage, compendiosa probabit assertio. Saturni stella, q̄ summa est, zodiacum triginta annis peragrat, sol medius anno uno, luna ultima uno mense non integro. Tan tum ergo interest inter solem & Saturnum, q̄tum inter unū & triginta. Tantum inter lunam solemq̄, quantum inter duodecim & unum. Ex his apparet totius à summo in imum spatij, certā ex media parte diuisionem, solis regionē c non fieri. Sed quia hic de numero loqueba, in quo uerè q̄ quartus, & medius est, ideo pronuntiauit qđem medium, sed propter latenter spatiorū dimensionem, uerbū quo hanc definitionē temparet, adiectio, serē. Notandum, q̄ esse stellā Saturni, & alterā louis, Martis aliā, non naturæ cōstitutio, sed humana persuasio est, q̄ stellis numeros & nomina fecit. Non em̄ ait illā quæ Saturnia est, sed quā in terris Saturniā noiant, & ille fulgor q̄ dicit̄ louis, & quē Martiū dicitis. Adeo ex̄p̄slit in singulis noīa hæc, non esse inuenta naturæ, sed hominū commenta, significationi distinctionis accommodata.

Quod uero fulgorē louis humano gñi prosperē & salutarē, contrā Martis rutilum & terribile terris uocauit, alterē tractum est ex stellarū colore (nā ful ger louis, rutilat Martis) alterum ex tractatu eorum, qui de his stellis ad homi- D num uitā manare uolunt aduersa uel prospera. Nam plerūq; de Martis stel la terribilia, de louis salutaria eueniē definiuit. Causam si q̄s forē altius quæ rat, unde diuinis maleuolētia, ut stella malefica esse dicatur, sicut de Martis & Saturni stellis existimatur, aut cur notabilior benignitas louis & Veneris in genethliacos habeatur, cum sit diuinorū una natura, in medium proseram rationem, apud unum omnino, quod sciam, lectam. Nam Ptolemaeus in libris tri bus, quos de harmonia composuit, patefecit causam, quam breuiter explicabo: Certi (inq;) sunt numeri, per quos inter omnia quæ sibi conueniunt, iungunt, & aptantur, sit iugabilis competentia, nec quicquā potest alteri nisi per hos nu meros conuenire. Sunt autem epitritus, hemiolius, epogdous, duplaris, triplaris, quadruplaris. Quæ hoc loco interim quasi nomina numerorū accipias uolo. In sequētibus uero cum de harmonia cœli loquemur, qđ sine hi numeri, qđ uepos

Cur solem non
absoluē sed se
re medium dā
cat.

Alias de septē
mediā.

Nomina Rel.
Luminante
fint.

Cur inter pla
netas alij no
bis propri alij
aduersi dicar
ter.

ue possint, opportunius agiemus. Modo hoc nosse sufficiat, quia sine his nume
ris, nulla colligatio, nulla potest esse cōcordia. Vitam uero nīam p̄cipue sol &
luna moderant̄. Nā cum sint caducor̄ corpor̄ h̄c duo p̄pria, sentire uel cre-
scere, id est sentiendi natura, de sole: fort̄kay autem, id est crescendi natu-
ra, de lunari ad nos globositate pueniunt. Sic utriusq; luminis bñficio h̄c no-
bis constat uita, qua fruimur. Cōuersatio tñ nīa, & prouentus actuum, tam ad
ipsa duo lumina, q̄ ad qnq; uagas stellas referit. Sed har̄ stellar̄ alias interuē-
tus numeror̄ (quorū suprā fecimus mētionem) cum luminibus bene iungit ac
sociat, alias nullus applicat numeri nexus ad lumina. Ergo Venera & louia-
lis stella p̄ hos numeros lumini utriq; sociant̄. Sed louialis soli p̄ omnes, lunæ
uero p̄ plures: & Venerea lunæ p̄ oēs, soli p̄ plures numeros aggregat̄. Hinc
licet utraq; bñfica credat̄, Louis tñ stella cum sole accōmodatior est, & Vene-
rea cum luna: atq; ideo uitæ nīæ magis cōmodant, quasi luminibus uitæ nīæ
autoribus, numeror̄ ratione cōcordes. Saturni aut̄ Martisq; stellæ, ita nō ha-
bent cum luminibus cōpetentiam, ut tñ aliqua uel extrema numeror̄ linea Sa-
turnus ad solē, Mars alspiciat ad lunā. Ideo minus cōmodi uitæ humanæ existi-
mant, quasi cum uitæ autoribus aq̄cta numeror̄ ratione non iuncti. Cur tñ
& ipsi nonnunq; opes uel claritatem hominibus praestare credantur, ad alterq;
debet pertinere tractatum: quia hic sufficit aperiuisse rationem, cur alia terribi-
lis, alia salutaris existimetur. Et Plotinus quidem in libro qui inscribitur (Si
faciunt astra) pronūtiat nihil ui uel potestate eorum hominibus evenire: sed ea
quaē decreti necessitas in singulos sancit, ita per horum sepe transiit statio
ne recessu ue monstrari, ut aues seu pteruolando, seu stando, futura pennis uel
uoce significant nescientes. Sic quoq; tamen iure uocabitur hic salutaris, ille ter-
ribilis, cum per hunc prospira, per illum significantur incomoda.

De diversis nominibus solis, dēq; eiusdem magnitudine.

Caput .XX.

TNhis autem tot nominibus que de sole dicuntur, non frustra, nec ad lau-
dis pompā lascivit oratio, sed res uerae uocabulis exprimunt̄. Dux & prin-
ceps ait, & moderator luminum reliquorum, mens mundi & temperatio.

Plato in Timaeo cum de octo sphæris loqueretur, sic ait: Ut autem per
ipsos octo circuitus celeritatis & tarditatis certa mensura, & sit, & noscatur,
deus in ambitu supra terram secundum lumen accedit, quod nunc solem uo-
camus. Vides ut h̄c definitio uult esse omnium sphærarum lumen in sole.
Sed Cicero sciens etiam cæteras stellas habere lumen suum, solam' que lunam ^H
(ut saepē iam diximus) proprio carere, obscuritatem definitionis huius liqui-
dius absoluens, & ostendens in sole maximum lumen esse, non solum ait, dux
& princeps & moderator luminum reliquorum (adeo & cæteras stellas scit
esse lumina) sed hunc ducem & principem, quem Heraclitus fontem coelestis
lucis appellat. Dux ergo est, quia omnes luminis maiestate præcedit: Prin-
ceps, quia ita eminet, ut propriea quod talis solus appareat, sol uocetur: Mo-
derator reliquorum dicitur, quia ipse cursus eorum recursusq; certa definitio-
ne spatij moderatur. Nam certa spatij definitio est, ad quam cum unaquæque
erratica stella recedens à sole peruererit, tanq; ultrâ prohibetur accedere, agi
retro uidetur: & rursus cum certam partem recedēdo cōtigerit, ad directi cur-
sus

sus cōsueta reuocatur: ita solis uis & potestas, motus reliquorū luminum constituta dimensione moderatur. Mens mūdi ita appellatur, ut physici eum cor ecli uocauerunt. Inde nimirū, q̄ oīa q̄ statuta ratione p̄ cœlum sieri uidemus, diē & noctem, & migrātes in'utruncy prolixitatis breuitatisq; uices, & certis temporibus æquā utriusq; mensurā, dein ueris elementē tempiem, torridū cācri ac leonis æstum, mollitatem autumnalis auræ, uim frigoris inter utrancq; tē perit, oīa hæc solis cursus & ratio dispensat. Iure ergo cor ecli dicitur, q̄ quem siunt oīa q̄ diuina ratione sieri uidemus. Est & hæc causa, prop̄ quā iure cor ecli uocet, q̄ natura ignis semp in motu ppetuo agitatūq; est. Solē aut ignis ætherei sonem dictū esse retulimus. Hoc ē ergo sol in æthere, qđ in aiali cor, cuius ista natura est, ne unq; cesseret à motu: aut si breuis sit eius q̄cunq; casu ab agitatione cessatio, mox aial interimat. Hæc de eo q̄ solē mundi mentē uocavit. Cur yō & tempatio mundi dictus sit, ratio in agio est. Ita em nō solū ter ram, sed ipm q̄c cœlū, qđ uerè mūdus uocat, tēperari sole certissimū est, ut extremitates eius q̄ lōgissimē à uia solis recesserunt, om̄i careāt bñficio caloris, & una frigoris ppetuitate torpescat, qđ in sequētibus aptius explicabit.

AL report.

Restat ut & de magnitudine eius, quā yōissima p̄dicatione extulit, pauca & non ptereunda dicamus. Physici hoc maxime cōseq; in om̄i circa magnitudinē solis inq̄sitione uoluerūt, q̄to maior esse possit q̄ terra. Et Eratosthenes in libris dimensionum sic ait: Menlura terræ septies & uicies multiplicata, mensurā solis efficiet. Posidonius multo multoq; saepius, & utrcq; lunaris defectus argu-
mentum inuicem pro se aduocat. Ita cum solem uolunt terra maiorem probare, testimonio lunæ deficiētis utun̄. Cum defectum lunæ conant̄ asserere, probationem de solis magnitudine mutuantur. Et sic euénit, ut dum utrumque de altero astruitur, neutrū probabiliter astruāt, semp in medio uicissim nutante mutuo testimonio. Quid em̄ per rem adhuc probādam probet? Sed Aegyptij nihil ad conjecturā loquentes, sequestrato ac libero argumento, nec in patrocinium sibi lunæ defectum uocātes, q̄ta mensura sol terra maior sit probare uoluerunt, ut tum demum p̄ magnitudinem eius ostenderent, cur luna deficiat. Hoc autem nequaq; dubitabat non posse aliter dephendi, nisi mensura & terræ & solis inuenta, ut fieret ex collatione discretio. Et terrena quidem dimēsio oculis rationem iuuantibus de facili constabat. Solis uero mensuram aliter nisi per mensurā cœli, p̄ quod discurrevit, inueniri non posse uiderunt. Ergo pri-
mum metiendum sibi cœlum illud, id est iter solis, constituerunt, ut per id posse modum solis agnoscere. Sed quælo, si quis unq; tam otiosus, tamq; erit ab om̄i serio seriatuſ, ut hæc quoq; in manus sumat, ne talē ueterē promissionem quasi insaniae proximā aut horrescat aut rideat. Etenim ad rem quæ natura incomprehensibilis uidebatur, uiam sibi fecit ingenium, & per terram q̄ cœli modus sit, reperit. Vt autem liquere possit ratio commenti, prius regulariter pauca dicenda sunt, ut sit rerum sequentium aditus instrūctor.

solis magnitudine
do scdm quædam.

In om̄i orbe uel sphæra, medietas cētrum uocat̄. Nihilq; aliud est cētrum, nisi punctum q̄ sphæra aut orbis medium certissima obseruatione distinguit̄. Item ducta linea de q̄cunq; loco circuli q̄ designat ambitum, in quacunq; eiusdem circuli summitate orbis partem aliquam diuidat necesse est. Sed non om̄i modo

modo medietas est orbis quā separat ista diuisio. Illa ēm̄ tm̄ linea in partes æq̄^e
 les orbē mediū diuidit, q̄ à summo in summū ita deducit, ut necesse sit eā transire p̄ centrum. Et hæc linea q̄ orbē sic æqualiter diuidit, diametros nuncupatur.
 Itē diametros om̄is cuiuscunq; orbis triplicata cum adiectione septimæ partis
 sūt, mensurā facit circuli, q̄ orbis includitur. Id est, si uncias septē teneat diametrum tri lōgitudo, & uelis ex ea nosse quot uncias orbis ipsius circulus teneat, tripli cabis septē, & faciunt uigintium. His adiçies septimā partē, hoc est unū, & pronūtiabis uiginti & duabus uncijis huius circuli eē mēsurā, cuius diametros septē uncijis extendit. Hæc oīa geometricis evidētissimisq; rationibus probare possemus, nisi & neminē de ipsis dubitare arbitraremur, & caueremus iusto prolixius uolumē extendere. Sciendum & hoc, q̄ umbra terræ quā sol post occasum in inferiore hemisphærio currēs surfsum cogit emitti, ex qua super terram sit obſcuritas q̄ nos vocatur, sexagies in altum multiplicatur ab ea mensura, quā terræ diametros habet. Et hac lōgitudine ad ipsum circulū p̄ quem sol currit erecta, exclusione luminis tenebras in terrā refundit. Prodendū est igit̄, q̄̄ta diametros terræ sit, ut cōstet qd possit sexagies multiplicata colligere. Vnde his plibatis, ad tractatum mensuraz quas promisit oratio reuertatur. Evidētissimis & indubitabilibus dimēſionibus constat, uniuersæ terræ ambitū, quæ ubicunq; uel incolitur, uel inhabitabilis iacet, habere stadiorū milia ducēta quinquaginta duo. Cum ergo tm̄ ambitus teneat, sine dubio octoginta milia stadiorū, uel non multo amplius diametros habet, scdm̄ triplicationem cum septimæ partis adiectione, quam superius de diametro & circulo regulariter dicimus. Et q̄ ad efficiendā terrenæ umbræ longitudinē, nō ambitus terræ, sed diametri mensura multiplicanda est: ipsa est ēm̄ quam surfsum constat excresce-re, sexagies multiplicāda tibi erunt octoginta milia, q̄ terræ diametros habet, q̄ faciunt quadragies octies cētena milia stadiorū esse à terra usq; ad solis cursū, quò umbrā terræ diximus quenire. Terra aut̄ in medio coelestis circuli, per quē sol currit, ut centrū locata est. Ergo mēsura terrenæ umbræ medietatē diametri coelestis efficiet: & si ab altera quoq; parte terræ par usq; ad cūdem circulū mensura tendatur, integra circuli p̄ quem sol currit, diametros inuenitur. Duplicatis igit̄ illis quadragies octies cētenis milibus, erit integra diametros coelestis circuli, nonages sexies cētenis milibus stadiorū. Et inuenita diametros, facile mēsuram nobis ipsius quoq; ambitus prodit. Hanc ēm̄ summā, quæ diametrū facit, debes ter multiplicare adiecta parte septima, ut s̄epe iam dictū est:^H & ita inuenies totius circuli per quē sol currit, ambitum stadiorū habere trece-ties cētena milia, & insuper cētum septuaginta milia.

His dictis, quibus mēsura quā terræ uel ambitus uel diametros habet, sed & circuli modus per quem sol currit, uel diametri eius ostenditur: nunc quam solis esse mensuram, uel quemadmodum illi prudentissimi deprehenderint, in dicemus. Nam sicut ex terrena umbra potuit circuli per quem sol meat deprehendi magnitudo, ita per ipsum circulum mēsura solis inuēta est in hunc modum, procedēte inquisitionis ingenio: Aeqnoctiali die ante solis ortum æquabilē locatum est saxum uas in hemisphæriū speciē, cauata ambitione curuatū, infrā per lineas designato duodecim dici horarū numero, quas styli prominentis

Diametros.

Umbra terræ.

Ambitus terræ.

Ambitus circuli per quem sol meat.

Quō deprehēsiō maginitudinē solis.

A tis umbra cū transitu solis p̄tereundo distinguit. Hoc ē aut(ut scimus) huiusmodi uasis officiū, ut tāto tempore à priore eius extremitate ad alterā usq; stylī umbra percurrat, q̄d sol medietatem ecclī ab ortu in occasum unius scilicet hemisphaerij cōuersione metitur. Nam totius ecclī integra cōuersio diem noctemq; concludit. Et ideo constat, quantum sol in circulo suo, tantum in hoc uale umbram meare. Huic igitur æquabiliter collocato circa tēpus solis ortu propinquantis, inhesit diligens obseruantis obtutus. Et cum ad primum solis radium quē de se emisit prima summa orbis, emergens de umbra stylī decedēs summitate primā curui labri eminentiā contingit, locus ipse q̄ umbræ primitias excepit, notæ imp̄issione signatus est, obseruatūq; p̄diu sup̄ terrā ita solis orbis integer appareret, ut una eius summa adhuc horizonti uidere ē insidere, & mox locus ad quem umbra tunc in uale migrauerat, adnotatus est. Habitac̄ dimensione inter ambas umbras notas, quæ integrum solis orbem, id est diametrū, natae de duabus eius summitatibus metiuntur, pars nona reperta est eius spatiū, quod à summo uasis labro usq; ad horæ primæ lineam cotinetur. Et ex hoc cōstituit, q̄ in cursu solis unam tempore æquinoctialis horam faciat repetitus novies orbis eius accessus. Et q̄a cōuersio coelestis hemisphaerij peractis horis duodecim diem condit, nouies autem duodenī efficiūt centum octo, sine dubio solis diametros centesima & octaua pars hemisphaerij æquinoctialis est. Ergo totius æquinoctialis circuli ducentesima sextadecima pars est. Ipsū autem circumlum habere stadiorū trecenties centena milia, & insuper centum & septuaginta milia, antelatis probatum est. Ergo si eius summæ ducentesimam sextamdecimā consideraueris partē, mensuram diametri solis inuenies. Est aut pars ista ferè in centum quadraginta milibus. Diametros igit solis cētum quadraginta milium ferè stadiorū esse dicenda est. Vnde penē duplex q̄ terræ diametros inuenitur. Cōstat autē geometricæ rationis examine, cum de duobus orbibus altera diametros duplo alterā uincit, illum orbem cuius diametros dupla est, orbe altero octies esse maiore. Ergo ex his dicendum est, sole octies terra esse maiorem. Hac de solis magnitudine breuiter de multis excerpta libauimus.

sol et iherma-
tor q̄ terra.

Quæ ratione inferioris sphærarum stellæ in Zodiaci signis meare dicantur, cum in eis nō sint: circ. ex his aliis breviori, dñe longiori tempore Zodiaci signa percurrant: & quomodo circus lus zodiacus in duodecim partes divisus sit.

Caput .XXI.

D **S**ed quoniam septem sphæras celo diximus esse subiectas, exteriore quaque quas interius continet ambiente, longeç & à celo omnes, & à se singulæ recesserunt, nunc quærendum est, cum zodiacus unus sit, & is cōstet circuio sideribus insixis, quemadmodum inferiorum sphærarum stellæ in signis zodiaci meare dicantur. Nec longum est inuenire rationem, quæ in ipso uestibulo excubat questionis. Verum est enī, necq; solem lunam ue, necq; de uagis ullam ita in signis zodiaci ferri, ut eorum sideribus misceatur: sed in illo signo esse unaquæque prohibetur, quod habuerat super uerticem, in ea quæ illis subiecta est, circuli sui regione discurrens. Quia singularium sphærarum circulos in duodecim partes, æquæ ut zodiacum, ratio diuisit. Et quæ in eam partem circuli sui uenerit, quæ sub parte zodiaci est arietis deputata, in ipsum arietem uenisse concedit. Similisq; obseruatio in singulas partes migratibus stellis tenet. Et quia

Quoniam modis
inferioris sphæ-
ræ stelle in
zodiaci signis
meare dicantur.

quia facilior ad intellectum p oculos uia est, id quod sermo descripsit, usus as-



signet. Esto enim zodiacus circulus, cui ascriptum est, a. In hunc septem alij orbes loceni. Et zodiacus ab a, p ordinem affixis notis, q bus ascribetur lrix sequentes, in ptes duodeci diuidat. Sitq; spatium qd int a & b clauditur, ari eti deputatu: qd intra b & c, iau ro: qd inf c & d, geminis: cacro, quod sequitur, & reliq; p ordinem cetera. His cōstitutis, iam de singulis zodiaci notis & lris, singulæ deorsum lineæ p omnes circulos ad ultimum usq; ducantur, procul dubio p orbes singu-

los duodenas partes diuidet trāitus linearē. In quncq; igit circulo seu sol in illo, seu luna uel de uagis quncq; discurrat, cū ad spatium uenerit, qd inter lineas claudi ab a & b notis & lris defluētes, in ariete esse diceā, ga illuc cōstituta spatium arietis in zodiaco designatiū sup uerticē, sicut descripsimus, habebit. Similiter in quācunq; unigrauerit partē, in signo sub q fuerit, esse diceā.

Cur alie stellæ breuiori tē pore zodiaci signa pererrat alie longiori. Atq; haec ipsa delcriptio eodem cōpendio nos docebit, cur eundem zodiacum eademq; signa, alia tē pore lōgiore, alia breuiore percurrāt. Quoties enī plures orbes intra se locan, sicut maximus est ille q primus est, & minimus q locum ultimū tenerit: ita de medijs, q summo proprius est, inferioribus maior: q uincinior est uliimo, breuior superioribus habeā. Et in has igit septem spheras gradū celeriatis suæ singulis ordo positionis ascripsit. Ideo stellæ q per spatia grandiora discurrunt, ambitū suū tē pore prolixiore conficiunt: q per angusta, breuiore. Cōstat enī nullā int eas celerius ceteris tardius ue procedere. Sed cū sit oibus idem motus meandi, tantā eius diuersitatem temporis, sola spatiorū diuersitas facit. Nam ut de medijs nunc p̄termittamus, ne eadem saepe repeatant, qd eadem signa Saturnus annis triginta, luna diebus uigintiosto ambit & permeat, sola causa in q̄titate est circulore, q̄re alī maximus, alī minimus. Ergo & ceterarū singularū p spatiū sui modo, tēpus meādi aut exēdunt, aut cōtrahunt.

Hoc loco diligens rēg disculpsos inueniet, qd regat. Inspectis enī zodiaci notis, quas mōstrat in p̄fidium fidei aduocata descriptio, quis uero(inget) circi coelestis duodecim partes aut inuenit, aut fecit, maximē cum nulla oculis subiunctione exordia singulare. Huic igit tā necessariæ interrogationi historia ipsa respōdeat, factum referens, quo à ueteribus & tentata est tam difficilis, & effecta diuisio. Aegyptiorū enī retro maiores, quos cōstat primos oīm ecclū scrutari & metiri ausos, postq; ppetuar apud se serenitatis obseq̄o ecclū semp suspecti libero intuentes, dēphenderunt uniuersis uel stellis uel sideribus infixis ecclō, solas cum sole & luna quācūp stellas uagari, nec has tamen per cīnes cœli partes passim ac sine certa erroris sui legi diūcurrere: nunq; deniq; ad septentriona-

Quō zodiacus in duodeci ptes diuisus.

A trionalem verticē deviare, nunque ad australis poli ima demergi, sed intra unius obliquū cīrci līmitem oēs habere discursus, nec om̄es tñ ire pariter & redire, sed alias alijs ad eundē locum puenire tēporibus. Rursus ex his alias accedere, retro agi alias, uidericp stare nonnunque. Postque inque hēc inter eas agi uiderūt, certas sibi partes decreuerūt in ipso cīrco cōstituere, & diuisionibus annotare, ut certa essent loca nomina, in qubus eas morari, uel de qubus exisse, ad qux ue rursus esse uenturas, & sibi inuicem annuntiarent, & ad posteros noscēda trāf mitterent. Duobus igitur uasis æneis preparatis, quorum alteri fundus erat in modum clepsydra soratus, illud qud erat integrum, uacuum subiecerunt, pleno aquæ altero supposito, sed meatu antē munito, & quamlibet de infixis unā clarrisimam stellā lucideque notabilem orientem obseruauerūt. Quæ ubi primum Bcepit emergere, mox munitione subducta, pmiserunt subiecto uasi aquam su perioris influere, fluxitque in noctis ipsius & secuti diei finem, atque in id noctis secundæ qudiu eadem stella ad ortum rursus reuertitur: quæ ubi apparere uix cepit, mox aqua qua influebat amota est. Cum igitur obseruare stellæ itus ac redditus integrā significaret coeli cōuersionem, mensurā sibi eccli in aquæ de illo fluxu suscepta quantitate posuerunt. Hac ergo in partes æquas duodecim sub fida dimēsione diuisa, alia duo huius capacitatis procurata sunt uasa, ut sin gula tñ singulas de illis duodecim partibus ferrēt. Totaque rursus aqua in uas suum pristinum soramine prius clauso, resuſta est: & de duobus illis uasis capa citatis minoris alterum subiecerūt pleno, alterum iuxta expeditum paratumque posuerunt. His preparatis, nocte alia in illa iam eccli parte, per quam solē lumenque & quinque uagas meare diuturna obseruatione didicerāt, quamque postea zodiacum uocauerunt, ascensure obseruauerunt fidus, cui postea nomē arietis indiderunt. Huius incipiēte ortu, statim subiecto uasi supposita aquæ fluxum dederunt. Qd ubi cōpletum est, mox eo sublatō effusoque, alterū simile subiecerunt, certis signis obseruatis ac memoriter annotatis, inter eius loci stellas, quæ oriebantur cum primum uas esset impletum, intelligētes qud eo tempore, quo totius aquæ duodecima pars fluxit, pars coeli duodecima cōscendit. Ab illo ergo loco, quo oriri incipiente, aqua in primū uas cepit influere, usque ad locum qui oriebatur cum idem primum uas impleretur, duodecimam partē cœli, id est unum signum, esse dixerūt. Item scđo uase impleto, & mox retracto illo, simile quod olim effusum parauerāt, iterū subdiderunt, notato similiter loco qu emergebat, cum scđm uas esset impletum, & à fine primi signi usque ad locū qui ad secundā aquæ finem oriebatur, secundum signum notatum est. Atque ita uicissim uasa mutando, & per singulas influentis aquæ partes, singulos sibi ascē dentium coeli partium limites annotando. Vbi cōsummata iam om̄i pro duodecim partes aqua, ad primi signi exordia peruentum est, sine dubio iam diuisas certisque sibi obseruationibus & indicij annotatas duodecim coeli partes trate compotes machinationis habuerunt. Quod non nocte una sed duabus effectū est, quia omne coelum una nocte non uoluit, sed per diem uertiū pars eius media, & medietas reliqua per noctem. Nec tñ coelum om̄e duarum sibi proximarum noctium diuisi inspectio, sed diuersore tempore nocturna dimensio utruncque hemisphaerium paribus æquè uicibus annotauit. Et has ipsas duode-

ALiqua.

Zodiaco ut de dictis.
 Aries cur pri
mus inter
signa.
 cur signa di-
uerforū numi-
num assignata
sunt potestati.
 planetorū or-
do.
 Epilogus co-
rū de quibus p
ordinem dību
rū fēcē polli-
cius fuit et capi
te decisus.

cim partes signa appellari maluerunt, certāq; singulis uocabula gratia signifi-
 cationis adiecta sunt. Et q; signa Graeco noīe ζωδία nuncupantur, circum īpm
 zodiacum quasi signiferū uocarunt. Hanc autem rationem iđem illi cur arie
 tem cum in sphæra nihil primum nihilq; postremum sit, primū tamen dici ma-
 lucerint, prodiderunt. Aiunt incipiente die illo, qui primus om̄ium luxit, id est
 quo in hunc fulgorem ecclum & clementia purgata sunt, qui ideo mundi nata-
 lis iure uocatur, arietē in medio ecclō fuisse. Et q; medium ecclum quasi mū-
 di uertex est, arietē propterea primū inter om̄es habitum, q; ut mundi caput in
 exordio lucis apparuit. Subiectū etiā causam, cur hæc ipsa duodecim signa
 assignata sint diuersorū numinum potestati. Aiunt enī in hac ipsa genitura mū-
 di ariete(ut docuimus)medium ecclum tenente, horam fuisse mundi nascētis,
 cancero gestate tune lunā. Post hunc sol cum leone oriebat, cum Mercurio vir-
 go, libra cum Venere, Mars erat in scorpio, sagittariū lupiter obtinebat, in ca-
 pricornio Saturnus meabat. Sic factū est, ut singuli eorū signore dñi esse dicantur, in qbus cū mūdū nascētis, fuisse credunt. Sed duobus qdem luminibus
 singula tū signa, in qbus tune fuerāt, assignauit antiquas crancrū lunæ, soli leo-
 nen. Quincq; uero stellis p̄ter illa signa, qbus tunc inhārebant, quincq; reliqua
 sic adiecit uetus tas, ut in assignādis à fine prioris ordinis, ordo sedus inciperet.
 Superius enī diximus, in capricorno Saturnum post om̄es fuisse, ergo secūda
 adiectio eum primū fecit, q; ultimus fuerat. Ideo aquarius, qui capricornum se-
 quitur, Saturno datur: Ioui qui ante Saturnum erat, pisces dicuntur: aries Mar-
 ti, qui p̄cesserat Iouem: taurus Veneri, quā Mars sequebat: gemini Mercurio,
 post quem Venus fuerat, deputati sunt. Notandum hoc loco, q; in genitura
 mundi uel ipsa regē prouidētia, uel uetus tas ingeniuū hūc stellis ordinē dedit,
 quē Plato assignauit sphærarū earrū, ut esset luna prima, sol sedus, sup hunc Mer-
 curius, Venus q̄rta, hinc Mars, in lupiter, & Saturnus ultimus. Sed sine huius tū
 rationis patrocinio, abunde Platonicū ordinē prior ratio cōmendat.

Ex his q; de uerbis Ciceronis proximè prælatis querenda p̄posuimus, qua-
 licuit breuitate, à summa sphæra que aplanes dicit, usq; ad lunā, quæ ultima
 diuinorū est, om̄ia iam(ut opinor)absoluimus. Nam & ecclum uolui, et cur ita
 uoluator ostendimus: septemq; sphærarū contrario motu ferri ratio indubitate
 patescet: & de ipso sphærarū ordine qd diuersi senserint, uel quid inter eos dis-
 sensionem fecerit, quæ ue magis sequenda sit sententia, tractatus inuenit. Nec
 hoc tacitum est, cur inter om̄es stellas sola sine fratriis radijs luna nō luceat. Sed
 & quæ spatiorum ratio solem ab his quoq; qui eum inter septem quartum lo-
 carunt, non tū abrupte medium, sed ferē medium dici coegerit, publicatum ē.
 Quid significant nomina, quibus ita uocatur ut laudari tantum puctur, inno-
 tuit. Magnitudo quoq; eius, sed & celestis per quem discurrevit circuli, terræq;
 pariter quanta sit, uel quemadmodum deprehensa, monstratum est. Subiecta-
 rum sphærarum stellæ quemadmodum zodiaco, qui supra omnes est ferri di-
 cantur, uel quæ ratio diuersarum faciat seu celerem seu tardum recursum. Sed
 & ipse zodiaco in duodecim partes, qua ratiōe diuisus sit, curq; aries primus
 habeatur, & quæ signa in quorum numinum ditione sint, absolutum est. Sed
 omnia hæc quæ de lummo ad lunam usq; perueniunt, sacra, incorrupta, diuina
 sunt,

sunt, quia in ipsis est æther semper idem, nec unquam recipiens inæqualem uarietatis æstum. Infra lunam aer & natura permutationis pariter incipiunt. Et sicut ætheris & aëris, ita diuinorum & caducorum luna confinium est. Quod autem ait: Nihil infra lunam esse diuinum, præter animos munere deoꝝ hoīm generi datos, non ita accipiendo est, animos hic esse, ut hic nasci putetur: sed sicut solem esse in terris dicere solemus, cuius radius aduenit & recedit, ita animorum origo coelestis est, sed lege temporalis hospitalitatis hic exulat. Hæc ergo regio diuinum nihil habet ipsa, sed recipit: & q[uod]a recipit, & remittit. Proprium autem habere diceretur, si ei semper tenere licuisset. Sed quid mirū, si animus de hac regione non constat, cum nec corpori fabricando lola sufficeret? Nam quia terra, aqua, & aër infra lunam sunt, ex his solis corpus fieri non potuit, quod idoneum esset ad uitam, sed opus fuit præsidio ignis ætherei, qui terrenis membris uitam & animam sustinendi commodaret uigorem, qui uitalem calorem & faceret & ferret. Hæc & de aëre dixisse nos satis sit. Restat ut de terra, quæ sphærar[um] nona, & mundi ultima est, dictu necessaria differamus.

Terra qua de causa immobilis sit, & omnia in eam suo nutu ferentur pondera. Cap. .XXII.


Nam ea quæ est media & nona tellus (inquit) neq[ue] mouetur, & insima est, & in eam seruntur omnia nutu suo pondera. Illæ uerè insolubiles causæ sunt, quæ mutuis inuicem nexibus uinciuntur: & dum altera alteram facit, ita uicissim de se nascitur, ut nunquā à naturalis societatis amplexibus separētur. Talia sunt uincula, quibus terram natura costrinxit. Nam ideo in eam seruntur omnia, quia ut media non mouetur: ideo nō mouetur, q[uod]a insima est. Nec poterat insima non esse, in quam omnia seruntur. Horum singula quæ inseparabiliter inuoluta rerum necessitas in se uiuxit, tractatus expediat. Non mouetur, ait: est enim centrum. In sphæra autem solum centrum diximus nō moueri, quia necesse est, ut circa aliquid immobile sphæra moueatur. Adiecit: Insima est. Recte hoc quoq[ue], nam quod centrum est, medium est. In sphæra uero hoc solum constat ipsum esse, quod medium est. Et si ima est, sequitur ut uerè dictum sit, in eam ferri omnia. Semper enim pondera in ipsum natura deducit. Nam & in ipso mūdo ut esset terra ima, sic factum est. Quicquid ex omni materia de qua facta sunt omnia, purissimum ac liquidissimum fuit, id tenuit summitatem, & æther uocatus est. Pars, cui minor puritas, & inerat aliquid leuis pôderis, aér extitit, & in secunda delapsus est. Post hæc quod adhuc quidem liquidum, sed iam usq[ue] ad tactus offensam corpulentum erat, in aquæ fluxum coagulatum est. Iam uero quod de omni sylvestri tumultu uastum, impenetrabile, densatum, ex defecatis abrasum resedit elemētis, hæsit in imo. Qd demersum est stringente perpetuo gelu, quod eliminatum in ultimam mundi partem longinquitas solis coaceruauit. Quod ergo ita concretum est, terræ non accepit. Hanc spissus aér & terreno frigori propior quam solis calori, stupo spiraminis dēsioris undiq[ue] uersum fulcis & continet. Nec in recessum aut accelum moueri eam patitur, uel uis circumuallantis & ex omni parte uigore simili librantis auræ, uel ipsa sphæralis extremitas, quæ si paululū à medio de lis. clinauerit, fit cuicunq[ue] uertici propior, & imū relinquit. Quod ideo in solo me dio est, quia ipsa sola pars à quouis sphærae uertice parti spatio recedit. In hanc

*Quod animi no
stri hic sunt.*

*Loquitur qua
si tria tanum
sunt elementa.*

*Causa cur sit
terra immob*

igitur, quæ & ima est, & quasi media, & non mouetur, quia centrum est, omnia pondera ferri necesse est. Et quia ipsa in hunc locum quasi pondus relapsa est, argumento sunt cum alia innumera, tum præcipue imbræ, qui in terrâ ex omni aëris parte labuntur. Nec enim in hanc solam quam habitamus superficiem decidi dūt, sed & in latera quibus in terra globositas sphæralis efficitur, & in partem alteram, quæ ad nos habetur inferior, imbrum casus est. Nam si aer terreni fri goris exhalatione dēsatus, in nubem cogitur, & ita abrumpit in imbræ, aer autem uniuersam terram circumfusus ambit, proculdubio ex omni aëris parte, præter uast calore perperuo, liquor pluvialis emanat, qui undique in terram quæ unica est sedes ponderum, defluit. Quod qui respuit, superest ut existimes extra hanc unam superficiem quam incolimus, quicquid niuium imbrum' uel grandinum cadit, hoc totum in cœlum de aëre defluere. Cœlum enim ab omni parte terræ æquabiliter distat, & ut à nostra habitatione, ita & à lateribus & à parte quæ ad nos habetur inferior, pari altitudinis immensitate suscipitur. Nisi ergo omnia pondera ferrentur in terram, imbræ qui extra latera terræ deflunt, non in terram, sed in cœlum caderent, quod uilitatem ioci scurilis excedit. Esto enim terræ sphæra, cui ascripta sunt a, b, c, d. Circa hanc sit aëris orbis, cui ascripta sunt e f g l m. Et utrumque orbem, id est terræ & aëris, diuidas linea ducta ab e, usq[ue] ad l. Erit superior ista quam possidemus, & illa sub pedibus. Nisi ergo caderet omne pondus in terram, paruam nimis imbrum partem terra susciperet ab a, usque ad c. Lateralia uero aëris, id est ab f usque ad e, & à g usque ad l, humorem suum in aërem cœlumq[ue] dericerent. De inferiore autem cœli hemisphærio pluvia in exteriora, & ideo naturæ incognita deflueret, sicut ostendit subiecta descriptio. Sed hoc uel resellere dedignatur sermo sobrius, quod sic absurdum est, ut sine argumentationis patrocinio subruatur. Relat ergo, ut in dubitabili ratione monstratum sit, in terram ferri omnia nutu suo pôdera. Ista autem quæ de hoc dicta sunt, opitulâtur nobis & ad illius loci disputationem, quæ antipodas esse commemorat. Sed hic inhibita continuatione tractatus, ad secundi commentarij uolumen, disputationem sequentium referuemus.



Finis libri primi. *

MACROBII AVRELII
 THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLV-
 STRIS IN SOMNIVM SCRIPTIONIS EXPO-

scritoris quād elegantiſſime liber ſecundus.

Concentum quendam effici motu coeleſtium corpora, & quo modo ratio eius cōcentus a Pythagora ſit deprehensa. Tum qui numeri apī ſint conſonantij musicis, quoq; conſonantiae ſint.

Caper primus.



V periore cōmentario Eustachi luce mihi charior dilecti
 orq; ſili, uſq; ad ſtelliferæ ſphereæ curſum & ſubiectarū
 ſeptē, ſermo proceſſerat: nunc iam de muſica eaꝝ modu-
 latione diſputet. Quis hic, inq; p, q; eſt qui compleſt au-
 res meas tantus & tam dulcis ſonus? Hic eſt (inquit ille)
 qui interuallis diſlunctus imparibus, ſed tñ pro rata par-
 te ratione diſtinctis, & impulſu & motu ipſorū orbiū eſ-
 ſicit: & acuta cū grauibus tēperans, uarios aequabilē concētus eſſicit. Nec enī
 ſilētio tāti motus incitari poſſunt: & natura fert, ut extrema ex altera parte gra-
 uiter, ex altera autē acutē ſonen. Quā ob cauſam ſummus ille cœli ſtellifer cur-
 ſus, cuius conuerſio eſt concitatior, acutē excitato mouē ſono, grauifimo autē
 hic lunaris atq; inſimus. Nā terra nona, immobiſis manens, ima ſede ſemp hæ-
 ret, cōplexa mundi mediū locum. Illi autē octo cursus, in qbus eadē uis eſt du-
 orū, ſeptē efficiunt diſtinctis interuallis ſonos, q; numerus reꝝ oīm ſc̄re nodus
 c eſt, quod docti homines neruis imitati atq; cātibus, apuerunt ſibi reditū in hūc
 locū. Exposito ſphaeraꝝ ordine, motuq; deſcripto q; ſeptē ſubiecta in cōtra-
 riū cœlo ferunt, cōsequēs eſt, ut qualē ſonū tantarū molium impulſus eſſiciat,
 hic requirat. Ex ipſo enī circunductu orbiū, ſonum naſci neceſſe eſt: q; paſſuſ ſuſ
 aēr, iplo interuentu iectu, uim de ſe fragor emittit, ipſa cogēt natura, ut in ſo-
 num deſinat duorū corpora uiolenta collido. Sed is ſonus, q; ex q;licunq; aēris
 ſetu naſciat, aut dulce q;ddam in aures & muſicū desert, aut ineptu & alperg ſo-
 nat. Nā ſi iectu obſeruatio numeroꝝ certa modereſt, cōpoſitum, ſibiq; cōſenti-
 ens modulamē educit. At cum increpat tumultuaria & nullis modis gubernata
 collido, fragor turbidus & incōditus offendit audiū. In cœlo autē cōſtar ni-
 hil ſortuitū, nihil tumultuarū, puenire, ſed uniuersa illic diuinis legibus & ſta-
 ta ratiōe pcedere. Ex his inexpugnabili ratiocinatione collectū eſt, muſicos ſo-
 nos de ſphaeraꝝ cœleſtiū cōuerſione procedere: q; & ſonum ex motu ſieri ne-
 cesse eſt, & ratio q; diuinis inefſt, ſi ſono cauſa modulaminis. Hoc Pythagoras
 primus oīm Graiae gentis hoīm mente concepit. Et intellexit q;dem cōpoſitum
 quiddā de ſphaeraſ ſonare prop̄ neceſſitatē rationis, q; à cœleſtibus nō recedit.
 Sed q; eſſet illa ratio, uel q;bus obſeruāda modis, non facile dephendebat. Cūq;
 eum fruſtra tāte tamq; arcanæ rei diuturna inqſitio fatigaret, ſors obtulit, q;d
 cogitatio alta nō reperit. Cum enī caſu pteriret in publico fabros, igniti ſerrū
 iectibus mollientes, in aures eius malleorū ſoni certo ſibi ūndentes ordine, repē-
 te ceciderunt. In qbus ita grauitati acumina cōſonabant, ut utruncq; ad audien-
 tis ſenſum ſtata diſtincione remeareſt, & ex uarijs impulſibus unū ſibi cōſonās

Nec ſerio cō-
 centū quād em
 eſſe corporū
 cœleſtiū.

Quā reperta
 à Pythagora
 fit cōcentū
 ratio.

nascere. Hic occasione sibi oblatā ratus deprehendēdi oculis & manib⁹, quod olim cogitatione quarebas, fabros adit: & imminēs op̄i curiosius intue⁹, anno tans sonos, q̄ de singulor⁹ lacertis cōficieban⁹. Quos cū serientiū uiribus ascri bendos putaret, iubet ut in se malleos mutent: q̄bus mutatis, sonor⁹ diuersitas ab hoībus recedens, malleos sequeba⁹. Tunc om̄em curā ad pondera eorū ex mināda cōuertit. Cumq̄ sibi diuersitatē ponderis qd̄ habebat in singulis anno tasset, alijs pōderibus in maius minus' ue excedētibus fieri malleos impauit, q̄rū iſtib⁹ soni nequaq̄ prioribus similes, nec ita sibi cōsonantes exaudiebant. Tunc aiaaduertit concordiā uocis, lege ponderis puenire. Collectisq; numeris, q̄bus cōsentiens sibi diuersitas ponderis cōuinebat, ex malleis ad fides uertit ex amen: & intestina ouiu⁹, uel boū nervos tam uarijs pōderibus illigatis tetēdit, qualia i malleis fuisse didicerat. Talisq; ex his cōcentus eueni⁹, qualē prior obseruatio nō frustra aiaaduersa pmiserat: adiecta dulcedine, quā natura fidium sonora p̄stabat. Hic Pythagoras tāti secreti cōpos, deprehendit numeros, ex q̄bus soni sibi cōsoni nascerent: adeo, ut fidibus sub hac numeroꝝ obseruatione compōsit⁹, certae certis, aliaeq; alijs cōuenientiū sibi numeror⁹ cōcordia cēderent: ut una impuls⁹ plectro, alia licet longē posita, sed numeris cōueniens, simul sonaret. Ex om̄i aut innūmera uarietate numeroꝝ, pauci & numerabiles inueni sunt, q̄ sibi ad conficiendā musicā cōuenirent. Sunt aut hi sex oēs, epitritus, hemiolius, duplaris, triplaris, quadruplus, & epogdous. Et est epitritus, cum de duobus numeris maior habet totū minorē, & insup eius tertia partē: ut sūt quatuor ad tria. Nā in quatuor sunt tria, & tertia pars triū, id est unū. Et is numerus uocat epitritus, deq; eo nascitur symphonia quæ appellatur *duo tritacorū*.
G

Hemiolius est, cum de duobus numeris maior habet totū minorē, & insuper eius medietatē: ut sunt tria ad duo. nā in tribus sunt duo, & media pars eorū, id est unū. Et ex hoc numero q̄ hemiolius dici⁹, nascitur symphonia q̄ appellat *duo tritacorū*. Duplaris numerus est, cū de duobus numeris, minor bis in maiore numerat: ut sunt q̄tuor ad duo. Et ex hoc duplari numero nascitur symphonia, cui nomē est *duo tritacorū*. Triplaris autē, cum de duobus numeris minor ter i maiore numerat: ut sunt tria ad unū. Et ex hoc numero symphonia prōcedit, q̄ dicit *duo tritacorū* & *duo mīri*. Quadruplus ē, cum de duobus numeris minor quater i maiore numerat: ut sunt q̄tuor ad unum, q̄ numerus facit symphoniam quā dicunt *duo tritacorū*. Epogdous est numerus, q̄ intra se habet minorē & insup eius octauā partē: ut nouē & octo. Quia in nouem octo sunt, & insup octaua pars eorū, i. unum. Hic numerus sonum parit, quē tonō musici uocauerunt. Sonum yō tono minorem, ueteres qđem semitonum uocitare uoluerunt. Sed nō ita accipiēdum ē, ut dimidius tonus puteat, q̄a nec semiuocalē in lris pro medie eate vocalis accipimus. Deīn tonus q̄ naturā sui in duo diuidi sibi æqua nō poterit. Cum enī ex nouenario numero cōstet, nouē autē nunq̄ æq̄liter diuidant, tonus in duas diuidi medietates recusat. Sed semitonum uocitauerunt sonū tono minorē, quē tam paruo distare à tono dephensum est, q̄tum hi duo numeri in se distat, id est ducenta quadraginta tria & ducēta quinquaginta sex. Hoc semitonum Pythagorici qđem ueteres diciſin noīabant: sed sequēs usus sonum semitonio minorē diciſin cōstituit noīandum. Plato semitonum limma uocitauit.

Sunt

Sextū m
meros aptos
sc ad cōficien-
dam musicā.

Sunt igitur symphoniae quinque, id est $\frac{9}{8}$ & $\frac{10}{8}$ & $\frac{11}{8}$ & $\frac{12}{8}$ & $\frac{13}{8}$. Sed hic numerus symphoniarum ad musicam pertinet, quā uel flatus humanus intendere, uel capere potest humanus auditus. Ultradictum autem se tendit harmoniae celestis accessio. i. usque ad quater $\frac{1}{8}$ & $\frac{1}{7}$ & $\frac{1}{6}$ & $\frac{1}{5}$. Nunc in terim de his quas noiauimus, disseramus. Symphonia diatessarum constat de duobus tonis & semitono, ut minutias quā in additamento sunt, relinquimus, ne difficultate creemus: et sit ex epiritu. Diapente constat ex tribus tonis & hemitono: & sit de hemiolio. Diapason constat de sex tonis: & sit de duplari. Sed $\frac{1}{4}$ & $\frac{1}{3}$ & $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{1}$ constat ex nouem tonis & hemitono, & sit de triplari numero. Dis autem dia pason continet tonos duodecim, & sit ex quadruplo.

B Plato quem in modum animam mundi ex numeris fabricatam esse docuerit. Et quod hinc etiam probari possit concentrum quendam esse celestium corpora. *Caput .II.*

Hinc & Plato postquam Pythagorice successione doctrinæ, & ingenij proprij diuina profunditate, cognovit nullam esse posse sine his numeris iugabilem cōpetentiam, in Timao suo mundi animam per istorum numerorum cōtextionem ineffabiliter prouidetia dei fabricatoris instituit. Cuius sensus si huic opere fuerit appositus, plurimum nos ad ymborum Ciceronis, quā circa disciplinam musicam uidetur obscura, intellectū iuuabit. Sed ne quād in patrocinio alterius expositiōis adhibetur) ipsum per se difficile credatur, pauca nobis permittenda sunt, quae simul utriusque intelligentiam faciat lucidiorem. Omne solidum corpus trina dimensione distenditur. Habet enim lōgitudinem, latitudinem, profunditatem. Nec potest inueniri in quibet corpore quarta dimensio, sed his tribus omni corpus solidum continetur. Geometræ tamen alia sibi corpora proponunt, quā appellant mathematica, cogitationi tamen subiectienda, non sensu. Dicunt enim punctum corpus esse individuum, in quā neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehendatur, quippe quād in nullas partes dividī possit. Hoc protractum efficit lineam. i. corpus unius dimensionis. Longum est enim sine lato, sine alto, & duabus punctis ex utraque parte solā longitudinem terminantibus continetur. Hac item si geminaueris, alterum mathematicum corpus efficies, quād duabus dimensionibus aestimatur, longo latōque, sed alto caret. Et hoc est quād apud illos suffici est uocatur punctis autem quatuor continetur. i. per singulas lineas binis. Si uto haec duas lineas fuerint duplicatae, ut subiectis duabus duas supponantur, adiūcietur profunditas, & hinc solidū corpus efficietur. quād sine dubio octo angulis continebitur, quād uidemus in tessera, quā Graeco nomine cubus uocatur. His geometricis rationibus applicatur natura numerorum. Et monas punctum putatur, quā sicut punctum corpus non est, sed ex se facit corpora, ita monas numerus esse non dicit, sed origo numerorum. Primus ergo numerus in duobus est, qui similis est linearē, de puncto sub gemina puncti terminatione producta. Hic numerus, duo, germinatus, de se efficit quatuor, ad similitudinem mathematici corporis, quād sub quatuor punctis longo latōque distenditur. Quaternarius quāque ipse germinatus, octo efficit: quā numerus solidū corpus imitatur: sicut duas lineas diximus duabus suppositas, octo angulorum dimensione integrā corporis soliditatem creare. Et hoc est quād dicitur apud geometras: bis bina bis, corpus esse iam solidum. Ergo à pari numero accessio usque ad octo, soliditas est corporis. Ideo d. iiiij inter

Symphonia quinq.

inter principia, huic numero plenitudinē deputauit. Nunc oportet ex īpari q̄q̄ numero, quēadmodum id efficiāt, inspicere. Et q̄ tam paris q̄ īparis numeri monas origo est, ternarius numerus prima linea esse credat. Hic triplicatus nouenariū numerū facit, q̄ & ipse q̄si de duabus lineis, lōgum latumq̄ corpus efficit, sicut īternarius scđm de paribus efficit. Item nouenarius triplicatus tertīā dimēsionem p̄stat, & ita à parte īparis numeri in uigintiseptem, q̄ sunt ter terna ter, solidū corpus efficiēt, sicut in numero pari bis bina bis, q̄ est octonarius, soliditatem creauit. Ergo ad efficiēdum utrobicq̄ solidū corpus, monas necessaria ē, & sex aliij numeri. i. terni à pari & īpari. A pari qđem, duo, quatuor, octo: ab īpari aut, tria, nouem, uigintiseptem. Timaeus igit̄ Platonis in fabricāda mundi aīa, cōsilium diuinitatis enuntiās, aī illā q̄ hos numeros fuisse contextā, q̄ & à pari & īpari cubū. i. p̄selectionē soliditatis efficiūt: non q̄a aliquid significaret illam habere corporeum, sed ut posset uniuersitatē animādo penetrare, & mundi solidum corpus implere, q̄ numeros soliditatis effecta est. Nunc ad ipsa Platonis yba ueniamus. Nā cum de deo animā mundi fabricante loqueret̄, aīt: Primā ex om̄i firmamento partem tulit. Hinc sumpsit duplam partē prioris. Tertiā yō o scđa hemiolia, sed primā triplam. Et quartā, duplā scđa. Quintam, tertiae triplam. Sextam, primā octuplam. Et septimā, uicies septies à prima multiplicatam. Post hāc spatiā, q̄ int̄ duplos & triplos numeros hiabant, insertis partibus adimplebat: ut binæ medietates singula spatiā colligarent: ex q̄bus uinculis hemiolij & epitrīti & epogdoi nascebant̄. Hāc Platonis uerba ita à nōnullis excepta sunt, ut primam partem monadem crederent:



scđam quam dixi duplam prioris, dualem numerū esse cōsiderēt: tertīā, ternarium numerū: q̄ ad duo hemiolius est, ad unū triplus: & q̄rātā, quatuor: qui ad scđm, id ē ad duo duplus est: quinēā, nouenariū: q̄ ad tertīū .i. ad tria triplus est: sextā aut, octonariū, q̄ primum cōtīes cōtinet. At uero pars septima, in uiginti & septem fuit, q̄ faciūt (ut diximus) • argumētum tertīū īparis numeri. Alternis enī (ut animaduertere facile est) processit illa contextio: ut post monadem, q̄ & par & īpar est, primus par numerus poneretur, id est duo. Deinde se queretur primus īpar, id est tria: quarto loco scđus par, id est quatuor: quinto loco scđus

īpar, id est nouem: sexto loco tertius par, id est octo: septimo loco tertius īpar, id ē uigintiseptem. Ut quia īpar numerus mas habetur, & par ſemina, ex pari & īpari, id est ex mari & ſemina, naſceretur, quā erat uniuerſa paritura: & ad utriusq̄ soliditatem uſq̄ procederet, quā ſolidum om̄e penetratura. Deinde ex his numeris fuerat componenda, qui ſoli cōtinent iugabiliē competentiam, quia om̄i mundo ipsa erat iugabilem præſtatura cōcordiam. Nam duo ad unum dupla ſunt, de duplo autē diapazon symphoniam naſci iam diximus. Tria uero ad duo hemiolium numerū faciunt: hinc oriſ diapente. Quatuor ad

Aīe mūdi ſa-
bricatio ſcđm
Platonem.
Alfermento.

Alaugmētū.

Aor ad tria epitritus numerus est: ex hoc cōponit diatessarō. Itē quatuor ad unū in quadrupli ratione censem̄: ex q̄ symphonia disdiapason nascit̄. Ergo mūdi anima, q̄ ad motū hoc qđ uidemus uniuersitatis corpus impellit, cōtexta numeris musicali de se creatibus concientiā, necesse est ut sonos musicos de motu, quē proprio impulsu p̄stat, efficiat. quorū originē in fabrica suā cōtextionis inuenit. Ait enī Plato (ur suprā retulimus) autore animaē dēū, post numerorū int̄ se impariū contextiōnē, hemiolij̄, epitritis, & epogdois, & linniate hiantia in terualla supplesse. Ideo doctissimē Tullius in uerbis suis ostēdit Platonici dogmatis profunditatē: Quis hic, inq̄, qs est q̄ cōplet aures meas tātus & tam dulcis sonus? Hic est (inq̄ ille) qui interuallis disiūctus imparibus, sed ī pro rata parte ratione distinctis, impulsu & motu ipsorū orbium efficit̄. Vides ut in terualla cōmemorat, & haec īn̄ se imparia esse testaē, nec difficit̄ rata ratione distincta, q̄a scđm Timaeum Platonis, impariū inter se interualla numerorū, ratiis ad se numeris, hemiolij̄ scilicet, epitritis, & epogdois, hemitonisq̄ distincta sunt: quibus om̄is canora ratio continet̄. Hinc animaduertī, q̄a haec uerba Ciceronis nunc̄ prosectorū ad intellectū paterent, nisi hemioliorū, epititorum, & epogdoorū ratione p̄missa, qbus interualla distincta sunt: & nisi Platonis numeris quibus mundi anima est cōtexta, patefactis: & ratione p̄missa, cur ex numeris musicam creatibus anima intexta sit. Haec enī om̄ia & causam mundani motus oñdunt, quem solus animaē p̄stat impulsus: & necessitatē musicæ concientiæ, quam motui à se factō inferit anima innatā sibi ab origine.

C Alijs præterea indicijs ac rationibus cōcentū illū motū coelestii posse ostēdi. Quodq̄ interualla et, que eſ se in anima ratione sola intelligiūtur, reuera in ipso mūdi corpore deprehenditur. Cap. III.

H Inc Plato in rep. sua, cum de sphærarū coelestiū uolubilitate tractaret, singulas ait Sirenas singulis orbibus insidere: significans sphærarū motu cantum numinibus exhiberi. Nam Siren, deo canens Græco intellētu ualet. Theologi quoq̄ nouem musas octo sphærarū musicos cantus, & unam maximam cōcinentiam quæ constat ex om̄ibus, esse uoluere. Vnde He siodus in theogoniam sua octauam musam Vraniam uocat: quia post septem uagas quæ subiectæ sunt, octaua stellifera sphera supposita, proprio nomine cœlum uocatur. Et ut oñderet nonam esse & maximam, quam conficit̄. sonorū cōcors uniuersitas, adiecit: καλλιόπη θ' ἡδε, προφέρεται ἀπωλόμη, ex noīe oñdens īpam uocis dulcedinem nonam musam uocari. Nam καλλιόπη optima uocis Græca interprtatio est. Et ut īpam esse q̄ constat ex om̄ibus, p̄ssius indicaret: assignauit illi uniuersitatis uocabulū, uidelicet προφέρεται ἀπωλόμη. Nam Apollinem ideo μάστην uocant, quasi ducē & principem orbium cæterorū: ut ipse Cicero refert: Dux & princeps & moderator lumen reliq̄e, mens mundi & tratio.

Musas esse mundi cantū etiā. rusticī sciunt, q̄ eas cancoenas, q̄si canenas à canendo dixerunt. Ideo canere eccl̄um etiam theologi cōprobantes, sonos musicos sacrificijs adhibuerūt: qui apud alios lyra & cithara, apud nonnullos tibijs alijs ue musicis instrumētis fieri solebāt. In iplis quoq̄ hymnis deoꝝ, p̄ stropham & antistropham metra canoris uerbis adhibeban̄: ut p̄ stropham regetus orbis stelliferi motus, p̄ antistropham diuersus uagaram regreslus p̄dica retur: ex quibus duobus motibus, primus in natura hymnus dicādus deo sum

Sexta.

Septima.

plū exordium. Mortuos q̄c ad sepulturā prosequi oportere cum cātu, pluri
 mai⁹ gentium uel regionum instituta sanxerunt: p̄suallione hac, q̄ post corpus
 animæ ad originē dulcedinis musicæ i.ad cōclum redire credātur. Nā ideo ī
 hac uita oīs aīa musicis sonis capitū (ut nō solum q̄ sunt habitu cultiores, uer⁹
 uniuersæ q̄c barbaræ nationes, cantus, q̄bus uel ad ardorem uirtutis animen⁹
 tur, uel ad mollit̄ uoluptatis resoluātur, exerceād) q̄a in corpus defert memorī
 am musicæ, cuius in celo suit cōscia. Et ita delinimenti cāticis occupat, ut nul⁹
 lum sit tā immite, tā asper⁹ pectus, q̄d nō oblectamento⁹ talium teneatur affe⁹
 ctu. Hinc existimo & Orphei uel Amphionis fabulā: quor⁹ alī animalia ratio⁹
 ne parentia, alī faxa q̄c trahere cātibus ferebatur, sumplissē principium: q̄a pri⁹
 mi sortē gentes, uel sine ratiōis cultu barbaras, uel faxi instar nullo affectu mo⁹
 biles, ad sensum uoluptatis canendo traxerunt. Ita deniq̄ om̄is habitus aīae can⁹
 tibus gubernatur, ut & ad bellum progressui, & itē receptui canatur cānu, &
 excitātie, & rursus sedāie uirtutē. Dat somnos adimic̄, necnon curas & immit⁹
 tit & retrahit. Irā suggerit, clementiā suadet, corpori q̄c morbis medetur. Nā
 hinc est, q̄ ægris remedia p̄stantes p̄cīnere dicuntur. Ecqd mirum, si inter ho⁹
 mines musicæ tāta dñatio est: cum aues q̄c, ut lusciniae & cygnii aliæ ue id ge⁹
 nus, cātum ueluti quadā disciplina artis exerceant: nonnullæ uero uel aues uel
 terrenæ seu aquatiles beluae, inuitāte cantu, in retia sponte decurrant: & pasto⁹
 ralis fistula pastum progressis quietem imperet gregibus? Nec mirum. Inesse
 em̄ mundanæ animæ causas musicæ, quibus est intexta, prædiximus. Ipsa autē
 mundi anima uiuentibus om̄ibus uitā ministrat. Hinc hominum pecudumq̄
 genus uitæq̄ uolantum, Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
 Iure igitur musica capitū om̄e quod uiuit, quia coelestis anima, qua animatur
 uniuersitas, originē sumpli ex musica. Hac dum ad sphæralem motum mundi
 corpus impellit, sonum efficit: q̄ interuallis disiunctus imparibus, sed tñ pro⁹
 rata parte ratione distinctis, sicut à principio ipsa contexta est.

De interuallis
 corporū cōle⁹
 stium.
 Ali. Archime⁹
 des.

Sed hæc interualla, q̄ in aīa quippe incorporea, sola existimātur ratione, nō
 sensu: quærendū est, utrū etiā ipso in mundi corpore dimensio librata seruau⁹
 rit. Et Archimenides qdē stadiorū numerū dephendisse se credidit, q̄bus à ter⁹
 ræ superficie luna distaret, à luna Mercurius, à Mercurio Venus, sol à Venere,
 Mars à sole, à Marte Iupit̄, Saturnus à loue. Sed et à Saturni orbe usq̄ ad ipm̄
 stellifer⁹ cōclum om̄e spatiū se ratione emensum putauit. Quæ tñ Archimenidis
 dimensio à Platonicis repudiara est, quasi dupla & tripla interualla nō ser⁹
 uans. Et statuerunt hoc esse credēdum, ut q̄ptum est à terra usq̄ ad lunā, duplū
 sit à terra usq̄ ad solem. Quantumq̄ est à terra usq̄ ad solem, triplū sit à ter⁹
 ra usq̄ ad Venerem. Quantumq̄ est à terra usq̄ ad Venerem, quater tñ sit à
 terra usq̄ ad Mercurij stellā. Quātumq̄ est ad Mercurium à terra, nouies tñ
 sit à terra usq̄ ad Martem. Et q̄tum à terra usq̄ ad Martem est, octies tantum
 sit à terra usq̄ ad louem. Quantumq̄ est à terra usq̄ ad louem, septies & uici⁹
 es sit tantum à terra usq̄ ad Saturni orbem. Hāc Platonicam persuasionem
 Porphyrius libris inseruit, q̄bus Timæi obscuritatibus nonnihil lucis infudit:
 autq̄ eos credere, ad imaginem cōtextionis animæ, hæc esse in corpore mundi
 interualla: q̄ epiritus, hemiolij, & epogdois, hemitonisq̄ complentur & lim⁹
 mate

Amate: & ita prouenire concentū. Cuius ratio in substantia animæ cōtexta, mī-
dano quoq̄ corpori, quod ab anima mouetur, inserta est. Vnde ex omni par-
te docta & perfecta ē Ciceronis assertio: qui interuallis imparibus, sed tñ pro-
rata parte ratione distinctis, coelestem sonum dicit esse disiunctum.

*Qui sit, ut inter sonos coelestis illius concentus, diuis acutior sit, diuis grauior. Quidnam ibi
melodice sit genus. Et cur sonus ille a nobis non audiatur.*

Cep. .III.

Nunc locus admonet, ut de grauitate & acumine sonorum, diuersitates
quas asserit reueluamus. Et natura fert, ut extrema ex altera parte gra-
uiter, ex altera autem acutè sonent: quam ob causam summissus ille coe-
li stellifer cursus, cuius conuersio est concitator, acutè excitato mouetur sono,
grauiſſimo autem hic lunaris atq̄ insimus. Diximus nunq̄ sonum fieri, ni-
Bhi aère pccuso. Ut autem sonus ipse, aut acutior, aut grauior proferat, iactus effi-
cit. Qui dum ingēs & celer incidit, acutum sonū præstat: si tardior & lentior' ue,
grauiorem. Indicio est uirga, quæ dum auras percutit, si impulsu cito serit, so-
num acut: si lentiore, in grauius serit auditum. In fidibus quoque idem uide-
mus, quæ si tractu arctiore tenduntur, acutè sonant: grauius, laxiore. Ergo & su-
periores orbes, dum pro amplitudine sua impetu grandiore uoluuntur, dūq̄
spiritu ut in regione sua fortiore tenduntur, propter ipsam(ut ait)cōcitatorem
conuersiōnem, acutè excitato mouentur sono, grauiſſimo autem hic lunaris at
q̄ insimus, qm̄ spiritu ut in extremitate languescente iam uoluif, & propter an-
gustias qbus penultimus orbis arctatur, impetu leniore cōuertitur. Nec secus
cprobamus in tibijs, de quarum foraminibus uicinis ori inflantis, sonus acutus
emittit: de longinquis autē & termino proximis, grauior. Item acutior per pa-
tentiora foramina, grauior per angusta. Et utriusq̄ causæ ratio una, quia spiri-
tus ubi incipit, sortior est: defectior, ubi desinit. Et q̄a maiorem impetum q̄ ma-
ius foramen impellit, cōtrā autem in angustis cōtingit & eminus positis. Ergo
orbis altissimus, & ut in immensum patens, & ut spiritu eo sortiore, quo origi-
ni sua uicinior est, incitatus, sonor de se acutē emittit. Vox ultimi pro spati-
breuitate & pro longinquitate iam frangi. Hinc quoq̄ aptius approbat, spiri-
tum quantū ab origine sua deorsum recedit, tāto circa impulsū fieri leniore:
q̄ circa terram, q̄ ultima sphærar̄ est, tam concretus, tam dēsus habeat, ut cau-
sa sit terræ in una sede semp hærcdi, nec in quamlibet partem permittat moue-
ri, obfessa undiq̄ circumfusi spiritus densitate. In sphæra autē ultimum locum
Desse, qui medius est, antecedentibus iam probatum est. Ergo uniuersi mun-
dani corporis sphæra nouē sunt. Prima illa stellifera, quæ proprio nomine di-
citur ecclum, & aplanes apud Grecos uocat, arcens & cōtinens cæteras. Hæc
ab oriente semper uoluif in occasum. Subiectæ septem, quas uagas dicimus, ab
occidente in oriente seruntur. Nona terra sine motu. Octo sunt igitur quæ mo-
uentur, sed septem soni sunt, qui concidentiā de uolabilitate cōficiunt, propter
ea quia Mercurialis & Venereus orbis pari ambitu comitati solem, uiae eius
tanq̄ satellites obsequuntur: & ideo à nōnullis astronomiæ studentibus, eandē
uim sortiri existimant. Vnde ait: Illi autē octo cursus, in qbus eadē uis est duo
rum, septē efficiunt distinctos interuallis sonos: qui numerus rex omnium ser-
nodus est. Septenariū autē numer⁹ rex omnium nodum esse, plenē cum de nu-
mē

meris supius loqueremur, exp̄issimus. Ad illuminandum(ut existimo) obscu-
ritatē uerbor̄ Ciceronis de musica tractatus succinctus à nob̄is qua lūcuit bre-
uitate sufficiet. Nā netas, & hypatas, aliq̄s fidium uocabula p̄quirere, & to-
norum uel limmatum minuta subtilia, & quid in sonis pro līra, quid pro syllaba,
quid pro integro noīe ācipiāt asserere, ostentantis est, nō docentis. Nec enim
qa fecit in hoc loco Cicero musicæ mentionē, occasione hac cundum est p̄ uni-
uersos tractatus, q̄ possunt esse de musica: quos (quantum mea fert opinio) ter-
minum habere non existimo. Sed illa sunt p̄sequenda, q̄bus uerba quæ expla-
nanda receperis, possint liquere. Quia in re naturaliē obscura, q̄ in exponendo
plura quām necesse est supfundit, addit tenebras, non adimit densitatem. Vn-
Qd melodia
genus sit i cor
poribus cele-
stibus.
de finem de hac tractatus parte faciemus, adieicto uno quod scitu dignum puta-
mus. Quia cum sint melodiae musicæ tria ḡna, enarmonicū, diatonum, & chro-
maticum: primum quidem p̄pter nimiam lui difficultatem ab usu recessit, tertii
um uero est infame mollitie. Vnde medium, id est diatonum, mundanæ musi-
cae doctrina Platonis ascribit. Nec hoc int̄ p̄tereunda ponemus, quod mu-
sicam p̄petua coeli uolubilitate nascētem, ideo claro non sentimus auditu, quia
maior sonus est, q̄ u humano aurum recipiat angustijs. Nam si Nili Cata-
dupa ab auribus incolar̄ amplitudinem fragoris excludunt, qd mirū si n̄m so-
nus excedit auditum, quem mundanæ molis impulsus emitit. Nec em̄ de nihi-
lo est quod ait: q̄ compleat aures meas tātus & tam dulcis sonus? Sed uoluit in-
telligi, q̄ si eius q̄ cœlestibus meruit interesse secretis, compleatae aures sunt so-
ni magnitudine, supeſt ut ceteror̄ hominum sensus mundanæ concinētice nō
capiat auditum. Sed iam tractatum ad sequentia conferamus.

*Terra medietatē ē in qua nos sumus, quinq; esse distinctā Zonis. Quodq; ex his duas tantū sunt habitabiles,
quæ diter habitetur a nob̄is, alterā quām colant homines, ignoretur. Tum uero & in reliqua terra me-
diator Zonas esse easdem: & inter illas quoq; duas ab hominibus habetari.*

Caput .V.

Vides habitari in terra raris & angustis locis: & in ipsis quasi maculis,
ubi habitatur, uastas solitudines interiectas: eos' que qui incolunt ter-
ram, non modo interrupeſt ita esse, ut nihil inter ipsis ab alijs ad ali-
os manare possit, sed partim obliquos, partim transuersos, partim etiam aduer-
ſos stare uobis, à quibus expectare gloriam certè nullam potestis. Cernis au-
tem eandem terram quasi quibusdam redimicram & circundatam cingulis: Eg-
bus duos maximē inter se diuersos, & coeli uerticibus ipsis ex utrāq; parte sub-
nixos, obriguſſe pruina uides: medium autem illum & maximum solis ardo-
re torrei. Duo sunt habitabiles, quorum australis ille, in quo qui insistunt, ad
uersa uobis urgunt uestigia, nihil ad uestrū genus. Hic autē alter subiectus aq;
Ioni, quem incolitis, cerne q̄ tenui uo partē cōtingat. Omnis enim terra quæ
colitur à uobis, angustata uerticibus, lateribus latior, parua quædam insula ē,
circumsuſa illo mari, quod Atlāticum, quod magnū, quem oceanum appellati-
s in terris: qui tamen tanto nomine quām sit parvus, uides. Postq; cœlum
quo om̄ia continen̄, & subiectare spherares ordinem motumq; ac de motu so-
num cœlestis musices modos & numeros explicantem, & aērem subditum lu-
næ Tullianus sermo per necessaria, & præſenti operi apta ductus, ad terrā us
que descripsit: ipsius iam terræ descriptionem, uerborum parcus, rerū secun-
dus

dus absolutus. Etenim maculas habitationum, ac de ipsis habitatoribus alios inter
ruptos aduersosq; obliq; etiā & transuersos alios nominando, terrenas sphæ-
ras globositatē, sermone tm̄, non coloribus pinxit. Illud quoq; nō sine plecti-
one doctrinæ est, q; cum alijs nos nō patiū errare, qui terram semel cingi ocea-
no credidere. Nam si dixisset, om̄is terra parua quādā est insula, circumfusa il-
lo mari, unū oceanī ambitū dediſſer intelligi. Sed adjiciēdo (qui colii à uobis)
uerā eius maris diuisionē, de qua paulo pōst differemus, nosſe cupientibus in-
telligendā reliq;. De qnq; autē cingulis, ne quæſo existimes duorū Romanæ
ſacūdias parentū Maronis & Tullij dissentire doctrinā: cum hic ipsis cingulis
terrā redimitā dicat, ille iſdē quas Græco nomine zonas uocat, afferat eccl̄um
teneri. Vtrūq; em̄ incorruptā, ueramq;, nec alteri contrariā retulisse rationem
procedente diſputatione cōſtabit. Sed ut om̄ia quæ hoc loco explanāda rece-
pimus, liquere poſſint, habendus eſt primū ſermo de cingulis: q; a ſitu eorū an-
te oculos locato, cetera erūt intellectu proniora. Prius aut qualiter terrā coro-
nen, deinde quēadmodum eccl̄um teneant, explicandum eſt.

Terra, nona & ultima sphæra eſt. Hanc diuidit horizon, id eſt finalis circu- De quinq; tre
lus, de quo ante retulimus. Ergo medietas, cuius nos partem incolimus, sub eo re zonis ſen-
eclo eſt, quod fuerit ſup terram: & reliqua medietas ſub illo, quod dum uolui
tur, ad ea loca quæ ad nos uidentur inferiora, descendit. In medio enim locata,
ex omni ſuī parte eccl̄um ſuipicit. Huius igit ad eccl̄um breuitas quæ pūctum
eſt, ad nos uero immensa globolitas, diſtinguit locis inter ſe uicifim̄ pliſis nimi-
citate uel frigoris uel caloris, geminā naſta int̄ diuersa tempiem. Nam & ſeptē
trionalis & australis extremitas, ppetua obriguere pruina. Et hi uelut duo ſunt
cinguli, quibus terra redimiſt, ſed ambitu breues quali extrema cingētes. Horū
uterq; habitationis impatiēs eſt, quia torpor ille glacialis, nec aiali, nec frigi ui-
tam ministrat. Illo em̄ aēre corpus aliq;, quo herba nutriē. Medius cingulus, &
ideo maximus, æterno aſſlato cōtinui caloris uftus, ſpatium qd & late ambitu
& prolixiſ occupauit, nimietate feruoris facit inhabitabile uicturis. In extre-
mos uero & medium, duo maiores ultimis, medio minores, ex utriuſq; uicini-
tatis intemperie temperatūr. In hiſq; tantum uitales auras natura dedit incolis



carpere. Et quia animo ſacilius illa-
bitur concepta ratio descriptione q; ſermone, eſto orbis terræ cui aſcri-
pta ſunt a,b,c,d. Et circa a, aſcriban-
tur n & l: circa b autē, m & k: & cir-
ca c,g & i: & circa d,e & f. Et ducā-
tur rectæ lineæ à ſignis ad ſigna q; di-
dicimus: id eſt, à g, in i : ab m, in n: à
k, in l: ab e, in f. Spatia igitur duo ad
uersa ſibi, id eſt unum à c, uſq; ad li-
neam quæ in i ducta eſt, alterū à d,
uſq; ad lineam quæ in f ducta ē, in-
telligūtur pruina riguisse perpetua.
Et em̄ ſuperior ſeptentrionalis, infe-

rior australis extremitas. Medium uero ab n, usq; in l, zona sit torrida. Restat ut cingulus ab i, usq; ad n, subiecto calore & superiore frigore tēperetur. Rursus, ut zona q; est int̄ l & f, accipiat de superiecto calore & subdito rigore temperiem. Nec excōgitatas à nobis lineas, quas diximus, existimetur. Circi enim sunt de quibus suprā retulimus, septentrionalis & australis, & tropici duo. Nā æquinoctialem hoc loco, quo de terra loquimur, non oportet ascribi, qui opportuniore loco rursus addetur.

*Quae zones
qui hōes habi-
tent.*

Licet igitur sint hæ duæ mortalibus ægris munere concessæ diuūm, q; di- ximus temperatas, non tamen ambæ zonæ hominibus nostri generis induitæ sunt, sed sola superior, quæ est ab i, usq; ad n, incolit ab omni (quale scire possumus) hominum gñe, Romani Græci' ue sint, uel barbaræ cuiuscq; nationis. Illa uero ab l, usq; ad f, sola ratione intelligitur, q; propter similem temperiem simi liter incolatur. Sed à quibus, non licuit unq; nobis, nec licebit agnoscere. Inter iecta em̄ torrida utriq; hominum generi, commerciū ad se denegat cōmeandi. Deniq; de quatuor habitationis nostræ cardinibus, oriens, occidens, & septen- trio, suis uocabulis nuncupantur, quia ab ipsis exordijs suis sciunt à nobis. Nā eti⁹ septentrionalis extremitas inhabitabilis est, non multo tamē est à nobis remota. Quarto uero nostræ habitationis cardini, causa hæc alter⁹ nomē dedit, ut meridies nō australis uocaret: quia & ille proprie est australis, qui de altera extremitate procedens, aduersus septentrionali est: & hunc meridiem iure uocitari facit locus, de q; incipit nobis dies. Nam quia sentiri incipit à medio ter- ræ, in qua medijs est usus diei: ideo tanq; quidā medidies, una litera mutata, me- ridijs nuncupatus est. Sciendum est aut, q; uentus q; per hunc ad nos cardinē peruenit, id est auster, ita in origine sua gelidus est, ut apud nos commendabili⁹ est blando rigore septentrio. Sed q; per flammā torridæ zonæ ad nos com- meat, admixtus igni calecit: & q; incipit frigidus, calidus peruenit. Necq; enim uel ratio uel natura patere, ut ex duobus æq; p̄ssis rigore cardinibus, dissimili⁹ tractu fatus emitteret. Nec dubiū est, nostrum quoq; septentrionem ad illos q; australi adiacent, propter eandem rationem calidū peruenire: & austrū cor- poribus eorum gemino auræ rigore blandiri.

*Auster cur ad
nos calidus p-
uenit, sū sit
principio fri-
gidus.*

Eadem ratio nos nō permittit ambigere, quin per illam quoq; superficiem terræ, quæ ad nos habetur inferior, integer zonæ ambitus, quæ hic temperatæ sunt, eodem ductu temperatus haheatur: atq; ideo illuc quoq; eadem duæ zonæ à se distantes, similiter incolantur. Aut dicat, quisquis huic fidei obuiare mauult, quid sit, quod ab hac eum distinctione deterreat. Nam si nobis uiendi facultas est in hac terrarū parte quam colimus, quia calcantes humum, cœlum suspicimus super uerticem, quia sol nobis & oritur & occidit, quia circunfuso fruimur aëre cuius spiramus haustum: cur non & illuc aliquos uiuere credamus, ubi eadem semper in prōptu sunt? Nam q; ibi dicuntur morari, eadem credendi sunt spirare auram: quia eadem est in eiusdem zonalis ambitus continuatione temperies. Idem sol illis & obire dicetur nostro ortu, & orientur cum nobis occidet. Calcabunt æquè ut nos humū: & semper uerticem, semper cœlum uidebunt. Nec metus erit, ne de terra in cœlum decidant: cum nihil unq; possit ruere sursum. Si enim nobis (quod asserere genus ioci est) deorsum habe- tur

tur ubi est terra, & sursum ubi est cœlum: illis quoq; sursum erit, quod de inse-
riore suspicent, nec aliquando in sugna casuri sunt. Affirmauerim quoq; &
apud illos minus re; peritos hæc existimare de nobis: nec credere posse, nos
in q̄ sumus loco, degere: sed opinari, si qs sub pedibus eorū tentaret stare, casu-
rum. Nunq̄ tñ apud nos quisq; timuit, ne caderet in cœlū. Ergo nec apud illos
qsquā in superiora casurus est, sicut oīa nutu suo pōdera in terrā ferri superius rela-
ta docuerunt. Postremò, qs ambigat in sphæra terræ, ita ea q̄ in inferiora dicun-
tur, superioribus suis esse contraria, ut est oriens occidenti. Nam in utracq; parte
par diametros habet. Cum ergo & orientē & occidentē similiter cōstet habita-
ti, qd est q̄ fidem huius quoq; diuersa sibi habitationis excludat.

Hæc oīa nō otiosus lector in tam paucis ȳbis Ciceronis inueniet. Nā cum
dicit, terrā cingulis suis redimitā atq; circūdatā, oñdit p̄ om̄e terræ corpus ean-
dem rēperatore cingulorū cōtinuatā esse temperiē. Et cum aīt, in terra maculas
habitationū uideri: nō eas dicit q̄ in parte nr̄ae habitationis nōnullis desertis lo-
cis interpositis incolunt. Nō em̄ adiiceret, in ipsis maculis uastas solitudines in-
teriectas, si ipsas solitudines diceret, inq; q̄s certæ partes macularū instar habe-
rent. Sed q̄a maculas dicit has q̄tuor, q̄s in duobus terræ hemisphærījs binas
esse ratio mōstrauit, bñ adiecit, interiectas solitudines. Nā sicut pars q̄ habitat
à nobis, multa solitudinū interiectione distinguiſ, credendū est, in illis q̄c̄ tri-
bus alijs habitationibus similes esse inter deserta & culta distinctiones. Sed &
quatuor habitationū incolas, & relatione sūrus, & ipsa q̄c̄ standi q̄litate depin-
xit. Primū em̄ aīt, alios p̄ter nos ita incolere terrā, ut à se interrupti nullā habe-
ant ad se facultatē meādi. Et ipsa uerba declarāt, nō eum de uno hoīm gñē loq,
in hac superficie à nobis solius torrida: interiectione diuisio. Sic em̄ magis dice-
ret, ita interruptos, ut nihil ab alijs ad uos manare possit. Sed dicēdo, ita interru-
ptos, ut nihil inq; ipsos ab alijs ad alios manare possit, qualiter inter se illa homi-
num gñā sint diuisa, significat Q̄l aut uerè ad nr̄am partem referre, adiecit di-
cendo, de illis q̄ & à nobis & à le inuicē diuisi sunt, partim obliq; partim trā-
uersos, partim etiā aduersos stare nobis. Interrupcio ergo nō unius gñis à no-
bis, sed omnium gñm à se diuisorū referē, q̄ ita distinguenda est. Hi quos sepa-
rat à nobis pusta, quos Græci ἀτρούσιοι uocant, similiter ab illis q̄ in inferiorē zo-
næ suæ incolunt partem, interiecta australi gelida separantur. Rursus illos ab
terrōriso suis, id est per nostri cinguli inferiora uiuentibus, interiectione ardentis
D sequestrat: & illi à nobis septentrionalis extremitatis rigore remouentur. Et q̄a
non est una om̄ium affinis continuatio, sed interiectæ lunt solitudines ex calo-
re uel frigore murū negantibus cōmeatū, has terræ partes, q̄ à quatuor homi-
num gñibus incoluntur, maculas habitationū uocauit. Quemadmodū aut cæ-
teri om̄es uestigia sua sigere ad nostra credātur, ipse distinxit. Et australes qui-
dem aperiē pronuntiauit aduersos stare nobis, dicēdo: Quorum australis ille,
in quo qui insistunt, aduersa nobis urgent uestigia. Et ideo aduersi nobis sunt,
quia in parte sphæra quæ contra nos est morantur. Restat inquirere, quos trā-
uersos & quos obliquos nobis stare memorauerit. Sed nec de ipsis potest esse
dubitatio, quin trāuersos stare nobis dixerit in inferiore zonæ nostræ partem
tenētes. Obliquos uero eos, qui australis cinguli deuexa sortiti sunt.

Declaratur
particulatim
uerba Cice-
ronis.

Quan-

Quanta terræ spatia habitationi cesserint, quanta inculta sunt.

Caput .VI.

B


SVperest ut de terræ iplius spatijs, quanta habitationi cesserint, quantaq; sint inculta, referamus: id est, quæ sit singulorū dimēsio cingulorū. Quod ut facile dinoscas, redeundū tibi est ad orbis terræ descriptionem, quam paulo ante subiecimus: ut q̄ a scriptarū lītarum notas, ratio dimensionum lucidi us explicet. Omnis terræ orbis, id est circulus qui uniuersum ambitum claudit, cui a scripta sunt a b c d, ab his q̄ eum ratione dimensi sunt, in sexaginta diuisus est partes. Habet aut̄ totus ipse ambitus stadiorū ducenta q̄nquaginta duo milia. Ergo singulare sexagesimæ extenduntur stadijs quaternis milibus ducentis. Et sine dubio medietas eius, quæ est à d, per orientem, id est per a, usq; ad c, habet triginta sexagesimas, & stadiorū milia cētum uigintisex. Quarta uero pars, quæ est ab a, usq; ad c, incipiēs à medio perustæ, habet sexagesimas quindecim, & stadiorum milia sexaginta & tria. Huius quartæ partis mensura relata, constabili totius ambitus plena dimēsio. Ab a igitur usq; ad p, quod ē medietas perustæ, habet sexagesimas quatuor: q̄ faciūt stadiorū milia sexdecim cum octingentorū adiectione. Ergo omnis pista sexagesima rum octo est, & tenet stadiorū milia tricentaria & sexcenta insup. Laitudo au-

tem cinguli nři qui tēperatus ē, id est à p, usq; ad o, habet sexagesimas quinque: q̄ faciunt stadiorū milia uiginti & unum. Ex spatium frigidæ ab o, usq; ad c, ha bet sexagesimas sex, quæ stadiorū tenent uigintiquinque milia ducenta. Ex hac quarta parte orbis terræ, culus mensurā euidēter exp̄lissimus, alterius quartæ partis magnitudinē, ab a, usq; ad d, pari dimensionum distinctione cognosces. Cum ergo q̄tum teneat sphærae superficies, q̄ ad nos est in omni sua medietate, cognoueris, de mēsura q̄c; inferioris medietatis, id est à d, p b, usq; ad c, similiter instruēris. Modo em̄, ga orbē terræ in plano pinxit, in plano autem medium exprimere nō possumus, sphæralē tumorē imitati sumus altitudinis intellectu à circulo, q̄ magis horizō q̄ meridianus uidet. Cæterū uolo hoc mētē p̄cipias, ita nos hāc p̄tulisse mensurā, tanq; à d, p b, usq; ad c, pars terræ supior sit, cuius partem nos incolimus. Et à d, p b, usq; ad c, pars terræ habeat inferior.

In celo eadem inesse Zonas que in sunt terræ. Atq; causam huius diuersitatis esse solem, qui ut accessu suo causa caloris est, ita recessu frigoris inducit.


Caput .VII.

Hoc quoq; tractatu propriū sortito finem, nunc illud quod probādum promissimus asseramus, hos cingulos, & bene Maronem ccelo, & bene terræ assignasse Ciceronē: & utruncq; non discrepantia, sed consona ea demq; dixisse. Natura em̄ celi, hanc in diuersis terræ partibus temperie nimi etatēq; distinxit, & qualitas uel frigoris uel caloris, q̄ cuilibet ætheris parti semel inhæsit, eadem inficit partem terræ, quā despicit ambiendo. Et q̄ has diuersitates quæ certi finibus terminant, cingulos in ccelo vocauere, necesse est totidē cin-



A totidem cingulos etiā hic intelligi. Sicut in breuissimo speculo, cum facies monstratur ingēs, tenent in angusto membra uel liniamenta ordinem, quem sua in uero digerent amplitudo. Sed hic quoq; afferēdi quod dicitur minuemus laborem, oculis subiecto picturam. Esto em̄ cœli sphæra, a, b, c, d. Et intra se claudat sphæram terræ, cui ascripta sunt f, x, t, u. Et ducañ in cœli sphæra circulus septentrionalis ab i, usq; in o. Tropicus æstiuus à g in p. Et æquinoctialis à b in a. Et tropicus hyemalis ab f in q. Et australis ab e in r. Sed et zodiacus ducatur ab s in p.

B Rursus in sphæra terræ ducant ījdē limites cingulorū, quos supr̄ descripsimus in n, in m, in l, in k. His ita depictis, sine difficultate cōstatbit singulas terræ ptes à singulis cœli partibus super uerticem suū impositis, qualitatē circa nimietatem uel tem-



periem mutuari. Nam quod est sursum à d usq; ad r, hoc despicit terrā ab s usque ad k. Et quod est in cœlo ab r usq; ad q, hoc inficit terrā à k usque ad l. Et quod in cœlo est à q usq; in p, tale facit in terra ab l usq; ad m. Qualeq; est de-

C le hic est ab n usq; ad i. Sunt autem in æthere extremitates ambæ, id est à d usque ad r, & à c usq; ad o, æternō rigore dēsatæ. Idem in terra ē ab s usq; ad k, & à t usq; ad n. Rursus in cœlo, à q usq; ad p, nimio calore seruet. Itidē in terra quoq; ab l usq; ad m, idem seruor est. Item sunt in cœlo temperies, ab o usque ad p, & à q in r. Idem sunt hic quoq; tēperatæ, ab n in m, & ab l in k. Aeqnoctialis em̄ circulus, qui ab a usq; ad b ductus est, medianam fecit perustā. Et ipsum autem scisse Ciceronem, quod terreni cīnguli cœlestibus insificantur, ex uerbis eius ostēditur. Ait em̄: E quibus duos maximē inter se diuersos, & cœli uerticibus ipsis ex utracq; parte subnixos, obriguisse pruina uides. Ecce testatur finale frigus esse de cœlo. Idem quoq; de seruore medio dicit: Medium aut illū & maximū solis ardore torri. Cū ergo manifeste & rigorē de cœli uerti cibis, & seruorem de sole in terra cingulos uenire signauerit, ostēdit prius in cœlo hos eosdem cingulos constitisse.

Nunc, qm̄ constitū easdem in cœlo & in terra zonas esse uel cingulos (haec em̄ unius rei duo sunt noīa) iam dicendū est, q̄ causa in æthere hanc diuersitatē qualitatis efficiat. Perusta duobus tropicis claudi, id est à g in p, æstiuo; & ab f in q, hyemali. Ab s aut in p, zodiacū describendo pduximus. Ergo signū p, tropicus ille cancer habet: & signū f, capricornus. Constat aut solem nec sursum ultra crancrū, nec ultra capricornū deorsum meare, sed cum ad tropicorū cōsinia guenerit, mox reuerti: unde & solstitia uocanī. Et q̄a æstiuus tropicus tempora nīæ terminus est, ideo cū sol ad ipsum finem uenerit, facit nobis æsti uos calores, de uicino urens sensu maiore subiecta. Illo deniq; tēpore, australi

gñi reuerti hyemē non potest ambigi, qā tunc ab illis sol om̄i uiae suæ spatio re cedit. Rursus, cum ad f̄ signum, i. ad capricornū uenerit, facit hyemem nobis recessu suo, & illis uicinitate reducit æstatē. Hic notandū est, de tribus m̄ car dinibus in quācunq; ædem ingredi solē, de quarto nunq;. Nam & ab ortu, & ab occasu, fenestra solē recipit: p̄p̄e quem orientē obeuitemq; prospectet. Recipit & à meridie: qā om̄e iter lolis in n̄o meridie est, ut instruit uilum antela ta descriptio. Nunq; uero solem fenestra septentrionis admittit, qā nunq; à p̄ signo ad o sol accedit: sed à p̄ semp̄ retrocedendo, nunq; fines poli septentrionalis attingit: & ideo nunq; p̄ hāc cardinem radius solis infunditur. Eiusdem rei probationem umbra quoq; cuiuslibet corporis sufficiet astruere. Nā & in occasum cadit oriēte sole: & in ortum, cum sit occiduus. Medio autem die, qā sol meridiem tenet, in septentrionē umbra depellitur. In austrum uero circa n̄am habitationem impossibile est umbram cuiuslibet corporis cadere, quia semper in aduersam soli partē umbra factatur. Aduersus autē austro apud nos sol esse non poterit, cum nunq; fines septentrionales attingat. Sanè qm̄ pars illa perusta, q̄ temperatā uicina est, admittit habitates illic, id est trans tropicum, quæcunq; habitantur sparia, umbrā mittunt in austrum eo tempore, q̄ sol cancrum tenet. Tunc em̄ ei sit sol septentrionalis, cum tropicū tenet: q̄ ab illis ad septentrionē recedit. Ciuitas autē Syene, q̄ prouinciae Thebaidos post superiorē mō tium deserta principiū est, sub ipso æstiuo tropico cōstituta est. Et eo die q̄ sol certā partem ingreditur cancri, hora diei sexta (qm̄ sol tunc super ipsum inueni tur uerticē ciuitatis) nulla illic potest in terrā de q̄libet corpore umbra factari. Sed nec stylus hemisphaerij mōstrantis horas, quē ~~prolongare~~ uocāt, tunc de se potest umbrā creare. Et hoc est qd̄ Lucanus dicere uoluit, nec m̄ plenē (ut habe tur) absoluīt. Dicendo em̄: Atq; umbras-nusq; flectente Syene, rem qđem attigit, sed turbauit uer. Non em̄ nunq; flectit, sed uno tēpore, qđ cum sua ratione retulimus. His relatis, cōstat solem nunq; egredi fines perusta, qā de tropico in tropicum zodiacus obliquatus est. Manifesta est igitur causa, cur hāc zona flammis sit semp̄ obnoxia: p̄p̄e quā sol totius æthereæ flāmæ & fons & admirator nunq; relinquat. Ergo ambæ partes ultimæ, id est septentrionalis & australis, ad quas nunq; solis calor accedit, necessariō perpetua p̄muntur pruina. Duas yō (ut diximus) temperat hinc atq; illinc uicinia caloris & frigoris. Deniq; in hac ipsa zona, quā incolimus, q̄ tota dicit tēperata, partes m̄ q̄ perusto cingulo uicinæ sunt, cæteris calidores sunt: ut ē Aethiopia, Arabia, Aegyptus, & Libya: in quibus calor ita circūfusū aëris corpus extenuat, ut aut nunq; aut raro cogatur in nubes: & ideo nullus penē apud illos usus ē imbrīū. Rursus q̄ usq; ad frigidæ fines p̄silius accedunt, ut est palus Maeotis, ut regiones q̄ p̄ierfluunt Tanais & Ister, om̄iaq; sup Scythiam loca, q̄r̄ incolas uetustas hyperboreos uocauit, quasi originem boreæ intorsum recedēdo transiſſent, adeo æterna penē p̄muntur pruina, ut non facile explicetur, quāta sit illic frigidæ nimietatis iniuria. Loca uero quæ in medio tēperata sunt, qm̄ ab utracq; nimietate longē recedunt, ueram tenent salutaremq; temperiem.

Obiter quomodo explicandus locus Vergiliij primo Georgicon, de circulo Zodiaco.

Capit. VIII.

Locus

^{z. Pharsalia.}
^{Al. nunquam.}

Vergili locis
explicatur.

Locus nos admonet, ut qm̄ diximus rem q̄ à nullo possit reselli, utrumq; tropicū circū zodiaco terminos sacere, nec unq; solē alterutq; tropicum excedere posse, uel sursum uel deorsum meando: trans zodiacū uero circum, id est trā ustam, q̄ tropicis clauditur, ex utracq; parte incipere tēperatas. Quæramus qd sit qd ait Vergilius, quē nullius unq; disciplinæ error inuoluit:

Duæ mortalibus ægris

Munere concessæ diuūm, & uia secta per ambas,

Oblīquus quā se signorum uerteret ordo.

Georgi. prim.

Videtur em̄ dicere his uersibus, zodiacum per temperatas ductū, & solis cursum p ipsas ferri, quod nec opinari fas est, q̄a neutr; tropicum solis cursus exce-
dit. Num igit illud attendit, qd diximus, & intra tropicum in ea pusta parte, q̄
B uicina est tēperatae, habitatores esse. Nā Syene sub ipso tropico est. Meroe aut tribus milibus octingētis stadijs in perustam à Syene intorsum recedit, & ab illa usq; ad terrā cinnamomi feracem, sunt stadia octingenta. Et per hanc omnia spatiæ pustaæ, licet rari, tñ uita fruuntur habitantes. Vltra uero iam inaccessum est, prop̄ nimii solis ardorem. Cum ergo tm̄ spatij ex pusta uitā ministret, & sine dubio circa uicinam alterius temperatæ, id est ~~antīcū~~, tantundem spatij habere p perusta fines, & parē manuetudinē, non negetur. (Paria em̄ in utra que parte sunt omnia) ideo credēdum est, per poëticā tubam, quæ omnia semper in maius extollit, dixisse, uiam solis sectā per temperatas, qm̄ ex utracq; parte si-
nes perustæ in eo sunt similes tēperatis, q̄ se patiuntur habitari. An forte po-
etica licētia particulā pro simili penè particula posuit, & pro sub ambas, p am-
C bas dicere maluit? Nam reuera ductus zodiaci sub ambas temperatas ulro ci-
troq; peruenit, non tm̄ per ambas. Scimus aut & Homere ipsum, & in omnibus imitatorem eius Maronē, sepe tales mutuasse particulas. An (quod mihi uero proprius uidetur) per ambas, pro inter ambas uoluit intelligi? Zodiacus em̄ inter ambas temperatas uoluitur, non per ambas. Familiariter autem per pro inter ponere solet, sicut alibi quoq;

Circum, perq; duas in morem fluminis arctos.

Geor. prim.

Nec em̄ anguis sidereus arctos secat, sed dum & amplectit & interuenit, cir-
cum eas & inter eas uoluitur, non p eas. Ergo potest cōstare nobis intellectus,
si per ambas, pro inter ambas, more ipsius poëtae dictum existimemus. Nobis
D aliud ad defensionem, ultra hæc q̄ diximus, nō occurrit. Vere qm̄ in medio po-
suimus, q̄s siues nunq; uia solis excedat, manifestū est autem omnibus qd Ma-
ro dixerit, quē constat erroris ignar; erit ingenij singulor; inuenire, quid pos-
sit amplius pro absoluenda hac quæstione conserti.

Non uno, sed gemino oceani ambitu terram omnem circumflui. Et quo modo angustata uerici-
bus, latior lateribus sit habitabilis nostra. Tum de exiguitate oceani, quem nos magnū uocamus.


Caput .IX.

His quoq; (ut arbitror) non otiosa inspectione tractatis, nunc de oceano
quod promissimus astruemus, non uno, sed gemino eius ambitu terræ
corpus omne circumflui. Cuius uerus & primus meatus est, qui ab in-
docto hominum genere nescitur. Is em̄ quem solum oceanū plures opinātur,
de finibus ab illo originali refusus, secundum ex necessitate ambitum fecit. Cæ-

Oceanus quo
modo terram
ambiat.

c ii terū

terræ eius prior corona p[ro] zonam terræ calidā meat, supiora terrarum & inferio-
ra cingēs, flexum circi æquinoctialis imitata. Ab oriente y[er]o duos sinus refun-
dit, unū ad extremitatē septentrionis, ad australis alterū. Rursusq[ue] ab occiden-
te duo pariū enascuntur sinus: q[uod] usq[ue] ad ambas, quas suprā diximus, extremitates
refusi, occurruunt ab oriente demissis: & dū u[er]i summa & impetu immaniore mi-
scunt, inuicemq[ue] se feriunt, ex ipso aquarū collisione nascit illa famosa oceanī ac
cessio pariter & recessio. Et ubi cuncti in nostro mari contingit idem, uel in an-
gustiis fretis uel in planis foris littoribus, ex ipsis oceanī sinibus, quos oceanum
nunc vocamus, eueniunt, quia nostrū mare ex illis influit. Ceterū uerior (ut
ita dicā) eius alueus tenet zonam gustam. Et tam ipse qui æquinoctiale, q[uod] sinus
ex eo natu, q[uod] horizonte circulum ambitu suæ flexionis imitan, omnem terram
quadrifidam diuidunt: & singulas (ut suprā diximus) habitationes faciunt insu-
las. Nam int̄ nos & australes homines, means ille p[ro] calidā zonam totamq[ue] cin-
gens, & rursus utriusq[ue] regionis extrema sinibus suis ambiens, binas in superio-
re atq[ue] inferiore terræ superficie insulas facit. Vnde Tullius hoc intelligi uolēs,
non dixit, omnis terra parua quædā est insula: sed, omnis terra q[uod] colitur à uobis,
parua quædā est insula: q[uod] & singulæ de quatuor habitationib[us] paruae quæ-
dam efficiunt insulæ, oceano bis eas (ut diximus) ambiente. Omnia hæc ante
oculos locare potest descriptio substituta, ex qua & nostri maris originē, quæ
totius una est, & rubri atq[ue] Indici ortum videbis, Caspiumq[ue] mare unde oria-
tur inuenies: licet non ignorem esse nonnullos, qui ei de oceano ingressum ne-
gent. Nec dubium est, in illam quoq[ue] australis generis temperatam mare de
oceano similiter influere. Sed descripsi hoc nostra attestatione non debuit, cu-
ius situs nobis incognitus perseverat. Quod autem dixit nostram habitabi-
lem angustatam uerticibus, lateribus latiore, in eadem descriptione poter-
imus aduertere. Nam quanto longior est tropicus circus septentrionali circa,
tanto zona uerticibus quam lateribus angustior est: quia summitas eius in ar-
ctum extremi circuli breuitate contrahitur. Deductio autem laterum cum lon-
gitudine tropici ab utraque parte distendit. Denique ueteres
De latitudine
terre à nobis
habitabile.
De exiguitate
te occani.



De extremitate
omnem habitabilem nostram ex
tentæ chlamydi similē eē dixerūt.

Item quia omnis terra in qua
& oceanus est, ad quemuis coele-
stem circulum quali centrum pun-
cti obtinet locum, necessario de
oceano adiecit: Qui tamen tanto
nomine quā sit parvus uides. Nā
licet apud nos Atlanticum, mare
magnum uocetur, de coelo tamē
despicitibus non potest magnū
uideri, cum ad ccelum terra signū
sit & punctum, quod diuidi non
poterit in partes. Ideo autem terræ breuitas tam diligenter assertur, ut paruipen-
den-

dendum ambitum famæ uir fortis intelligat, quæ in tam paruo magna esse nō poterit, ut contentus potius conscientiæ præmio, gloriā non requirat. Quod doctrinæ propositum, non minus in sequentibus apparebit.

Mundum quidem esse æternū. Cæterum inde non posse sperari perpetuitatem gloriae ac famæ apud posteros, quando mundo ipso manente, ea quæ in ipso sunt, incertitudine quadam, nunc occidunt, nunc rorbus oriuntur.

Caput .X.

Quiniam si cupiat proles illa futuorū hominum deinceps laudes uniuscuiuscq; nostri acceptas à patribus, posteris prodere, tamen propter cluuiōnes exustionesq; terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non æternam, sed ne diuturnā quidē gloriā asseq̄ possumus. Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria: unde Scipio pfectiōnem cupiens insundere nepoti, autor est, ut contentus conscientiæ præmio gloriā non requirat. In qua appetenda, quoniā duo sunt maxima quæ præoptari possint, ut & cōplatiſſimè uagetur, & cōdiutiſſimè perseueret: postq; superius de habitationis nostræ angustijs differendo, totius terræ, quæ ad coelum puncti locum obtinet, minimā quandam docuit à nostri generis hominibus particula possideri, nullius uero gloriā uel in illam totam partē potuisse diffundi: siquidē Gangen transflare, uel transcēdere Caucasum, Romani nominis fama nō ualuit: spem (quam de propaganda latè gloria, ante oculos ponēdo nostri orbis angustias, amputauit) uult etiā diuturnitatis auferre: ut plenè animo nepotis cōtemptum gloriae, cōpos dissuasor insinuet. Et ait, nec in hac ipsa parte, in quam sapientis & fortis uiri nomē serpere potest, æternitatē nominis posse durare: cum modo exustione, modo cluuiōne terrarū, diuturnitati rerū intercedat occasus: qd quale sit, differemus. In hac enim parte tractatus, illa questio latenter absoluīt, quæ multorū cogitationes de ambigenda mundi æternitate sollicitat. Nam quis facile mundum semper fuisse consentiat, cum & ipsa historiarū fides multarū rerum cultum emēdationemq;, uel ipsam inuentiōnem recentem esse fateatur? Cumq; rudes primum homines, & incūria sylvestri non multum à ferarum asperitate dissimiles, meminerit, uel fabuletur antiquitas: tradatē, nec hunc eis quo nunc utimur uictum fuisse, sed glāde prius & baccis alitos, serò sperare de fulcis alimonias: Cumq; ita exordium rerum, & ipsius humanæ nationis opinemur, ut aurea primū secula fuisse credamus: & inde natura per metalla uiliora degenerans, ferro secula postrema fœdauerit. Ac ne totū uideamur de fabulis mutuari, quis non hinc existimet mundum quandoq; eccepsisse, nec longam retro eius ætatem, cum ab hinc ultra duo retro annorū milia, de excellenti rerum gestarū memoria, ne Græca quidē extet historia? Nam supra Ninum, à quo Semiramis secundum quoddam credit̄ procreata, nihil præclarum in libros relatum est. Si em̄ ab initio, imò ante initium fuit mundus, ut philosophi uolunt, cur per innumerabilium seriem seculorum, non fuerat cultus quo nunc utimur inuentus? non literarū usus quo solo memorias fulcit æternitas? Cur deniq; multarū rerum experientia ad aliquas gentes recēti ætate peruenit? Ut ecce Galli uitem, uel cultum oleæ, Roma iam adolescente, didicerunt. Aliæ uero gentes adhuc multa nesciunt, quæ nobis in uenta placuerunt. Hæc omnia uidētū æternitati rerum repugnare, dum op̄e iiii nari

Quibus argu
mentis uideri
possit, mundū
nō cōcē eternū.

Semper mūdā
fūsic.

nari nos faciunt, certo mūdi principio paulatim singula quæc̄ cōcepisse. Sed mundum quidem suisē semper, philosophia autor est, conditore quidem deo, sed non ex tempore. Siquidem tempus ante mundum esse non potuit, cum nihil aliud tempora nisi cursus solis efficiat. Res uero humanæ ex parte maxima sape occidunt manente mundo, & rursus oriunt, uel eluuione uicissim uel exustione redeūte. Cuius uicissitudinis causæ uel necessitas talis est: Ignē æthereum physici tradiderunt humore nutriti: afferentes ideo sub zona cœli perusta, quā uia solis, id est zodiacus, occupauit, oceanū (sicut suprā descripsimus) à natura locatū, ut oīs latitudo, q̄ sol cum quinc̄ uagis & luna ultro citroq; discurrent, habeat subiecti humoris alimoniam. Et hoc esse uolunt quod Homerius diuinarum om̄nium inuentiōnū fons & origo, sub poētici nube sigmēti, uerum sapientibus intelligi dedit, louem cum dijs cæteris, id est cum stellis, profectum in oceanū, Aethiopibus eum ad epulas inuitantibus. Per quam imaginem fabulosam Homerū significasse uolunt, hauriri de humore nutrimenta li-deribus: qui ob hoc Aethiopas r̄ges epularē coelestium dixit: quoniam circa oceani oram, non nisi Aethiopes habitat, quos uicinia solis usq; ad speciem nigri coloris exussit. Cum ergo calor nutriatur humore, hæc uicissitudo contin-
git, ut modo calor, modo humor exhuberet. Euenit enim ut ignis usq; ad maximū enutritus augmentū, haustū uincat humorem: & sic aëris mutata tēperies licentiam præster incendio, & terra penitus flagrantia immis̄i ignis uratur. Sed mox impetu caloris absumpio, paulatim uires reuertuntur humoris, cum magna pars ignis incendijs erogata, minus iam de renascente humore consumat. Ac rursus longo tempore tractatu, ita crescens humor altius uincit, ut terris in fundat eluuio. Rursusq; calor post hæc uires resumit. Et ita fit, ut manente mūdo, inter exuperantis caloris humorisq; uices, terrarum cultus cum hominum genere saepe intercidat, & reducta temperie rursus noctur. Nunquam tamē siue eluuio siue exustio, omnes terras aut omne hominum genus uel om̄nino operit, uel penitus exurit. Aegypto certe (ut Plato in Timæo satetur) nunq; nimicetas humoris nocuit uel caloris. Vnde & infinita annorū milia in solis Acgyptiorum monumentis librisq; releguntur. Certæ igitur terrarum partes inter nacioni superstites, seminarium instaurando generi humano siunt. Atq; ita cōtingit, ut non rudi mundo, rudes homines & cultus insciij, cuius memoriam intercipit interitus, in terris oberrent: & asperitatē paulatim uagæ seritatis exuti, conciliabula & cœctus natura instruente patientur: siq; primum inter eos malii nescia, & adhuc astutiae inexperta simplicitas: quæ nomen auri primis seculis præstat. Inde quo magis ad cultum rerum atq; artium usus promouet, tāo scilicet in animos serpit æmulatio: quæ primum bene incipiens, in inuidiā lateriter euadit. Et ex hac iam nascitur quicquid genus hominū post sequentibus seculis experitur. Hæc est ergo, quæ rebus humanis percundi, atq; iterū reuer-tendi incolumi mundo, uicissitudo uariatur.

De diversitate annorum, q̄q; iū qui uere annus uertens est ac mundanus, quindecim nostrorum annorum ambie milia.

Capit. XI.

Quid autem interest ab his qui postea nascētur, sermonem fore de te, cum ab his nullus fuerit, qui ante nati sunt, qui nec pauciores, et certe meliores fuerunt

fuerunt uiri, præsertim cum apud eos ipsos, à quibus audiri nomen nostrū potest, nemo unius anni memoriam consequi possit. Homines enim populariter annum tantummodo solis, id est unius astri, redditu metiuntur. Re autem ipsa, cum ad idem unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius celi descriptionem lōgis interuallis reuulerint, tum ille uerē uertens annus appellari potest, in quo uix dicere audeo, quām multa hominum secula teneantur. Nanc̄ ut olim desicere sol hominibus extinguique uisus est, cum Romuli annus haec ipsa in templo penetrauit: ita quandoque cum ab eadem parte sol eodemque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad idem principium stellisque reuocatis, expletum annum habeto. Cuius quidem anni nondum uigefam partem scito esse conuersam. Idem agere perseverat, instans dissuasio-
Annorum di-
serfatas.
Bni gloriæ desiderādæ. Quam cum locis arctam, nec in ipsis angustis æternam suprà docuisset, nunc non solum perpetuisatis expertem, sed nec ad unius anni iniegi metas posse propagari docet: cuius assertionis quæ sit ratio, dicemus. Annus non is solus est, quem nunc communis omnium usus appellat: sed singulorum seu luminum seu stellarum emenso omni celi circuui, a certo loco in eundem locum reditus, annus suus est. Sic mensis, lunæ annus est, inira quem celi ambitum lustrat. Nam & à luna mēsis dicitur, quia Græco nomine luna uocatur. Vergilius deniq; ad descriptionē lunaris anni, qui breuis est, annum qui cursu solis efficitur significare uolens, ait:
Ar. discretio-
new.

Interea magnum sol circumuoluitur annum.

Magnum uocās solis, comparatione lunaris. Nam cursus quidem Veneris atque Mercurij penè par soli est. Martis uero annus ferè bienniū tenet: tanto enim tempore coelum circumuit. Iouis autem stella duodecim, & Saturni iriginta annos in eadem circuitione cōsumit. Haec de luminibus ac uagis, ut saepe relata, iam nota sunt. Annus uero qui mundanus uocatur, qui uerē ueriens est, quia conuersione plene uniuersitatis efficitur, largissimis seculis explicatur. Cuius ratio est talis: Stellæ omnes, & sidera quæ infixa coelo uidentur, quorum proprium motum nunquam uisus humanus sentire uel deprehendere potest, mouentur tamen, & præter coeli uolubilitatem qua semper trahuntur, suo quoque accessu tam sero. promouētur, ut nullius hominum uita iam longa sit, quæ obseruatione continua factam de loco permutationem, in quo eas primum uiderat, deprehendat. Mundani ergo anni finis est, cum stellæ omnes omniaque sidera que aplanes habet, a certo loco ad eundem locum ita remeauerint, ut ne una quidem coeli stella in alio loco sit, quām in quo fuit, cum omnes aliae ex eo loco motae sunt: ad quem reuersæ, anno suo finem dedere: ita ut lumina quoque cum erratis quinque in ipsis locis & partibus fini, in quibus incipiēt mundano anno fuerunt. Hoc autem, ut physici uolunt, post annorum quindecim milia peracta contingit. Ergo sicut annus lunæ, mensis est: & annus solis, duodecim menses: & aliarum stellarum hi sunt anni, quos suprà retulimus: ita mundanum annū quindecim milia annorum, quales nunc computamus, efficiunt. Ille ergo uerē annus uertens uocandus est, quem non solis, id est unius astri, redditu metiuntur: sed quem stellarum omnium in quoque cœlo sunt, ad eundem locum reditus, sub eadem coeli totius descriptione concludit. Vnde & mundanus di-
Aproponent.

citur, quia mundus propriè ecclum uocatur. Igitur sicut annum solis nō solum à Calendis Ianuarijs usq; ad easdem uocamus, sed & à sequente post Calendas die usq; ad eundem diem, & à quoconq; cuiuslibet mēlis die usq; in diem eundem reditus, annus uocatur. Ita huius mundani anni initium sibi quisque facit quodcunq; decreuerit. Ut ecce nunc Cicero à defectu solis, q; sub Romuli fine contigit, mundani anni principium sibi ipse constituit. Et licet iam sae piissimè postea defectus solis euenerit, non dicitur tamen mundanū annum repetita defectio solis implesse: sed tunc implebitur, cum sol deficiēt in ijsdem locis & partibus, & ipse erit, & omnes eccl stellas omniaq; sidera rursus inueni et, in quibus fuerant, cū sub Romuli fine desiceret. Igitur à discessu Romuli post annorum quindecim milia (sicut afferūt physici) sol denuo ita deficiet, ut in eodem signo eademq; parte sit, ad idem principium in quo sub Romulo fuit, stellis quoq; omnibus signisq; reuocatis. Peracti enim fuerant, cum Scipio in Africa militaret, à discessu Romuli anni quingenti septuaginta & tres. Anno enim ab urbe condita sexcentesimo septimo, hic Scipio deleta Carthaginem triumphauit. Ex quo numero annis remotis trintatudo bus regni Romuli, & duobus qui intra somnium Scipionis & coniunctum bellum fuere, q; genti septuagintatre à discessu Romuli ad somnium usq; remanebunt. Ergo rationabiliter uerēq; signauit, ne cum mundani anni uiceliam partem esse cōuersam. Nam uiceliam parti quot anni supersint à fine Romuli ad Africanam militiam Scipionis, quos diximus annos fuisse quingentos septuagintatre, q; quis in digitos mittit inueniet.

Hominem non corpus esse sed mentem. Et nungād in hoc mundo vere intereat ac corrum patiat.

Caper .XII.

Epilogus corū
que dicta sunt
basiliens.

TU uero emitere, & sic habeto, te non esse mortale, sed corpus hoc. Nec enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusq; is est quisq; non ea figura quæ dīgito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse, siquidem est deus qui uiget, qui sentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit, & moderatur, & mouet id corpus cui p̄positus est, quam hunc mūdum ille princeps deus. Et ut ille mundum quadam parte mortalem, ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Bene & sapienter Tullianus hic Scipio circa institutionem nepotis ordinem recte docentis impleuit. Nam ut breuiter à principio omnem operis cōtinuentiam revoluamus, primū tempus ei mortis, & imminenteis propinquorum prædixit insidias, ut totū de hac uita sperare dediceret, quam non diurnam cōperisset. Dein, ne meū prædictæ mortis frangeretur, ostendit sapienti & bono cui in immortalitatem morte migrandum. Cumq; eum ultro spes ista traxisset ad moriendi desiderium, succedit Pauli patris opportuna dissuasio, accensam filij festinationem ab appetitu spontaneæ mortis excludens. Plenè igit̄ in anlmo somniatis utrinque plantata sperandi expectandiq; temperie, altius iam circa diuina erigendū nepotis animum Africanus ingreditur. Nec prius eum terrapatitur intueri, q; eccl ac siderum naturam, motum, ac modulamen agnoscat, & hæc omnia sci at præmio cæsura uirtutum. Ac postq; mens firmata Scipionis alacritate tātæ promissionis erigitur, tum demum gloria, quæ apud indoctos magnum uirtutis

tis præmium creditur, contemni iubetur: dum ostenditur ex terrarum breuitate uel casibus, arcta locis, angusta temporibus. Africanus igit̄ penè exutus hominem, & defecata mēte iam naturæ suæ capax, hic apertius admonet, ut esse se deum nouerit. Et hæc sit præsentis operis consummatio, ut animam nō solum immortalē, sed deum esse clarescat. Ille ergo qui fuerat iā post corpus in diuinitatē receptus, dicturus uero adhuc in hac uita posito, deum te esse scito, non prius tantam prærogatiuā committit homini, q̄d quid sit ipse discernat: ne existimerit hoc quoq; diuinum dici, quod mortale in nobis & caducum est. Et quia Tullio mos est, profundā rerum scientiam sub breuitate tegere uerborū, nunc quoq; miro compēdio tantū includit arcanum, quod Plotinus magis q̄d quisquam uerbore parcus libro integro differuit, cuius descriptio ē: Quid animal, quid homo. In hoc ergo libro Plotinus querit, cuius sint in nobis uoluptates, mores, metusq; ac desideria, & animositas uel dolores: postremò cogitationes & intellectus, utrū meræ animæ, an uero animæ uentis corpore. Et post multa quæ sub copiosa req; densitate differuit, quæ nunc nobis ob hoc solum prætereunda sunt, ne usq; ad fastidij necessitatem uolumen extendant, hoc postremò pronuntiat: Animal esse corpus animatum. Sed nec hoc neglectū, uel non quæsitiū relinquit, quo animæ beneficio, qua' ue uia societatis animeat. Has ergo omnes quas prædiximus passiones assignat animali. Verū autem hominē ipsam animā esse testatur. Ergo quod uidetur, non ipse uerus homo est, sed uerus ille est, à quo regitur quod uidetur. Sic cùm morte animalis discesserit animatio, cadit corpus regēte uiduum. Et hoc est quod uidetur in homine mortale. Anima uero qui uerus homo est, ab omni conditione mortalitatis aliena ē, adeo, ut ad imitationē dei mundum regentis, regat & ipsa corpus, dum à se animatur. Ideo physici mundum magnum hominem, & hominē breuem mundū esse dixerunt. Per similitudines igit̄ ceterarum prærogatiuarum, quibus deum anima uidetur imitari, animā deum & prisci philosophorum & Tullius dicit. Quod autem ait mundum quadam parte mortalem, ad communē opinionem respicit, qua mori aliqua intra mundum uidentur, ut animal examinatum, uel ignis extinctus, uel siccatus humor. Hæc enim omnino interisse creduntur. Sed cōstat secundum uerae rationis assertionem, quam & ipse non negat, nec Vergilius ignorat, dicendo: Nec morti esse locum, constat inquit, nihil intra uiuum mundu perire, sed eorum quæ interire uidentur, solā mutari speciem: & illud in originē suam, atq; in ipsa elementa remeare, quod tale quale fuit esse desierit. Deniq; & Plotinus alio in loco, cū de corpore assumptione differeret, & hoc dissolui posse pronuntiaret, quicqd effluit, obiecit sibi. Cur ergo elementa quorum fluxus in aperio est, non similiter aliquando soluuntur? Et breuiter tantæ obiectioni ualidæq; respondit: Ideo elementa, licet fluant, nunquam iamen solui, quia non foras effluunt. A ceteris enim corporibus quod effluit, recedit: elementorum fluxus nunquā ab ipsis recedit elementis. Ergo in hoc mundo pars nulla mortalitatis est secundū uerae rationis asserta. Sed qd air, eum quadam parte mortalem, ad communem (ut diximus) opinionem paululum inclinare se uoluit. In fine aut̄ ualidissimū immortalitatis animæ argumētum ponit, quia ipsi corpori p̄stat agitatum: quod quale sit, ex ipsis uerbis Cice-

AL. qui.

Hoc enim nō certus
pus esse, sed
mentem.

AL. qui.

Nū aliiquid in
hoc mundo nō
reinterreat.

ronis quæ sequuntur inuenies.

De tribus ratiocinandi modis, quibus animæ immortalitatem afferere Platonici.

Caput .XIII.

Aliquam 2.

Immortale du
obus dici mo
dis.

Dupliciter
aliquod semper
moueri.

Platonicerū
ratiocinatōes de
immort.dita-
te anime.

NAm quod semper mouetur, æternum est: quod autem motum affert naliui, quodq; ipsum agitur alicunde, quādo finem habet motus, uiuendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod seipsum mouet, q; nunquam deseritur à se, nunquam ne moueri quidem definit: quinetiam ceteris quæ mouentur, hic lons, hoc principium est mouendi. Principij autem nulla est origo: nam è principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Nec enim id esset principium, quod gigneretur aliunde. Quod si nō oritur, nec occidit quidem unq;: nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit: siquidem necesse est à principio oriri omnia. Ita sit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum à se mouetur. Id autē nec nasci potest, nec mori: uel concidat omne cœlum, omnisq; natura consistat necesse est, nec uim ullam nascatur, t̄qua à primo impulsu moueatur. Cum patet atq; igit̄ æternum id esse quod ipsum se moueat, quis est qui hanc naturā animis esse tribuat negerit. Inanum est enim omne quod pulsu agitur externo: quod autē est anima, id motu cietur interiore & suo: nam hæc est propriè natura ani mi atq; uis, quæ si est una ex omnibus quæ seipsum moueat, necq; nata certe ē, & æterna est. Omnis hic locus de Phedone Platonis ad uerbum à Cicero translatus est, in quo ualidissimis argumentis animæ immortalitas assertur. Et hæc est argumentorum summa, esse animam mortis immunem, quoniam ex se moueatur. Sciendum est autē, quod duobus modis immortalitas intelligitur. Aut em̄ ideo est immortale quid, quia p̄ se non est capax mortis: aut quia procuratione alterius à morte defenditur. Ex his prior modus ad animæ, secundus ad mundi immortalitatem refertur. Illa em̄ suapte natura à conditione mortis aliena est: mundus uero animæ beneficio in hac uitæ perpetuitate retinetur. Rursus, semp̄ moueri dupliciter accipitur. Hoc em̄ dicitur & de eo, qd ex quo est, semp̄ mouetur: & de eo, quod semper & est & mouetur. Et secundus modus est, quo animam dicimus semper moueri.

His præmissis, iam qbus syllogismis de immortalitate animæ diuersi sectatores Platonis ratiocinant, oportet aperiri. Sunt em̄ qui p̄ gradus syllogismo rum ad unum finē probationis euadant, certā sibi propositionem sequentis ex antecedentis cōclusione facientes: apud q̄s hic prior est: Anima ex se mouetur: quicquid autē ex se mouetur, semp̄ mouetur. Igitur anima semp̄ mouetur. Secundus ita, qui nascit̄ ex prioris fine: Aīa semp̄ mouetur: quod autē semp̄ mouetur, immortale est: igit̄ aīa immortalis est. Et ita in duobus syllogismis duæ res probantur, id est, & semp̄ moueri animā, ut in priore: & esse immortalem, ut colligiēt secundo. Alij uero usq; ad tertium gradum, ita argumētando procedūt: Anima ex se mouet: quod autē ex se mouetur, principium motus ē: igit̄ anima principiū motus ē. Rursus ex hac cōclusione nascit̄ propositio: Anima principiū motus est: qd autem principiū motus est, natum non est: igit̄ anima nata nō est. Tertio loco: Anima nata non est: qd natum nō est, immortale est: igit̄ anima immortalis est. Alij uero oīnem ratiocinationē suam in unius syl-

Aus syllogismi compendium redere. Anima ex se mouetur: quod ex se mouetur, principium motus est: quod autem principium motus est, natum non est: quod natum non est, immortale est: igitur anima immortalis est.

Quibus rationibus Aristoteles contra Platonem monstrare voluerit, cumam a scripta moueri non posse.

Caput . XIII.

Sed hanc omnium ratiocinationum apud eum potest, postrema conclusio de animae immortalitate constare, qui primam propositionem, id est ex se moueri anima, non refellit. Hac enim in fide non recepta, debilia sunt omnia quae sequuntur. Sed huic Stoicorum quidem accedit assensio. Aristoteles uero adeo non acquiescit, ut anima non solum ex se non moueri, sed ne moueri quidem penitus conetur asserere. Ita enim callidis argumentationibus astruit nihil ex se moueri, ut etiam si quid hoc facere concedat, animam tamen hoc non esse confirmet. Si enim anima (inquit) principium motus est, doceo non posse principium motus moueri. Et ita divisione suae artis ingreditur, ut primum doceat in rerum natura esse aliquid immobile, deinde hoc esse animam tentet ostendere. Necesse est (inquit) aut omnia quae sunt, immobilia esse: aut omnia moueri, aut aliqua ex his moueri, aliqua non moueri. Item, si damus (ait) & motum & quietem, necessarie est aut alia semper moueri, & alia nunquam moueri: aut omnia simul, nunc qui escire, nunc moueri. De his, inquit, quid magis uera sit regramus. Non esse omnia immobilia, aspectus ipse testimonio est, quae sunt quae motum uidemus. Rursus, non moueri omnia uisus docet, quae immota cognoscimus. Sed nec omnia dicere possumus modo motu pati, modo esse sine motu: quae sunt quae perpetuum motum uidemus, ut de cœlestibus nulla dubitatio est. Restat igitur, ait, ut sicut aliqua semper mouentur, ita sit aliqd semper immobile. Ex his ut collectum sit, else aliquid immobile, nullus obuiat uel refellit. Nam & uera divisione est, & secta Platonica non repugnat. Nec enim si quid est immobile, sequitur ut hoc sit anima. Nec quod dicit anima ex se moueri, iam moueri uniuersa confirmat, sed modum astruit quod anima mouet. Si quod vero est aliud immobile, nihil ad hoc quod de anima astruit pertinet. Quod & ipse Aristoteles uidens, postquam docuit esse aliqd immobile, hoc esse anima uult dicere. Et incipit asserere, nihil esse quod ex se moueri possit: sed omnia quae mouentur, ab alio moueri: quod si uerè probasceret, nihil ad patrociniū Platonicæ sectæ relinquere. Quemadmodum enim credi posset, ex se moueri anima, si constaret nihil esse quod ex se possit moueri? In hac autem Aristotelia argumentatione hujusmodi divisionis ordo contexitur: Ex omnibus quae mouentur, inquit, alia per se mouentur, alia ex accidenti. Et ex accidente, inquit, mouentur quae cum ipsa non moueantur, in eo tamen sunt quae mouentur: ut in nauis sarcina seu uestor quiescens: aut etiam cum pars mouetur, quiescente integritate: ut si quis stans per dem manum uele caput agit. Per se autem mouetur, quod nec ex accidenti nec ex parte, sed totum simul mouetur: ut cum ad superiora ignis ascendet. Et de his quidem quae ex accidenti mouentur, nulla dubitatio est, quin ab alio mouentur. Probabo autem, inquit, etiam ea quae per se mouentur, ab alio moueri. Ex omnibus enim, ait, quae per se mouentur, alia causam motus intra se possident: ut animalia, ut arbores, quae sine dubio ab alio intelliguntur moueri, à causa scilicet quae in ipsis latet: nam causam motus ab eo quod mouetur, ratio sequestrat. Alia uero aperi-

Aristoteles ad ueris Plato-nem.

Aliqd esse im mobile secundum Aristotelem.

Responso 28c.

et 29b.

de quod mouetur, moueri ab alio ex sententiis Aristotelis.

Quare anima quae, à se moueri non posse.

ro aperiē ab alio mouētur, id est, aut ui aut natura. Et ui dicimus moueri omē
E
 iaculū: quod cum de manu iaculantis recessit, suo quidē motu ferri uidetur, sed
 origo motus ad uim referē. Sic enī nōnūq; & terram sursum, & ignem deor-
 sum ferri uiderimus, qd alienus sine dubio cogit impulsus. Natura uero mouen-
 tur uel grauia, cum p se deorsum: uel leuula, cum sursum seruit. Sed & hoc dicē-
 dum est ab alio moueri: licet à quo, habeat incertū. Ratio enim ait, dephendit
 esse nescio qd, qd hæc moueat. Nam si sponte mouerent, sponte etiā starēt. Sed
 nec unā uiam semp agerent, imò p diuersa mouerentur, si spontaneo ferrent agi-
 tatu. Cum yō hoc facere non possint, sed leuibus semper ascensus, & descensus
 grauibus deputatus sit: appare eore motu, ad certam & constitutā naturæ ne-
 cessitatem referri. Hæc sunt & his similia, quibus Aristoteles omne qd mo-
 uetur ab alio moueri probasse se credidit.

P
 Sed Platonici (ut paulo post demon-
 strabū) argumēta hæc arguta magis qd uera esse docuere. Nunc sequēs eiusdē
 iungenda diuisio est: qua non posse animam ex se moueri, etiam si hoc alia res
 facere posset, laborat ostendere. Et huius rei primā propositionem ab illis mu-
 tuatur, quæ sibi existimat cōstituisse. Sic enī ait: Cum igitur omē quod mouet,
 constet ab alio moueri: sine dubio id quod primū mouet, quia non ab alio mo-
 uetur (neq; enī habere iam primum, si ab alio moueretur) necesse est, inquit, ut
 aut stare dicatur, aut seipsum mouere. Nā si moueri ab alio dicatur, illud quo-
 que quod ipsum mouet, dicetur ab alio moueri: & illud rursus ab alio. In infi-
 nitum inquisitio ista casura est, nunq; exordia prima reperies, si semper aliud ea
 quæ putaueris prima, præcedit. Restat igitur, inquit, ut si quod primū mouet
 non dicatur stare, ipsum se mouere dicat: & sic erit in uno eodemq; aliud quod
 mouet, aliud quod mouet. Siquidē in omī (ait) motu tria hæc sint necesse est: id
 quod mouet, & quo mouet, & quod mouetur. Ex his quod mouet, tātum mo-
 uetur, nō etiam mouet: cum illud quo sit motus, & moueat & mouetur: illud
 uero quod mouet, non etiam mouatur: ut ex tribus sit commune, quod medi-
 um: duo uero sibi contraria intelligātur. Nam sicut est quod mouet & nō mo-
 uet, ita est (inquit) qd mouet & nō mouet: propter quod diximus, quia cū omne
 qd mouetur ab alio moueat, si hoc quod mouet, & ipsum mouetur: quare remus
 semper motus huius nec unq; inuenimus exordiū. Deinde, si quid se mouere
 dicatur, necesse est, inquit, ut aut totum à toto, aut partem à parte, aut partem à
 toto, aut totum à parte existimemus moueri: & tamen motus ille seu à toto seu
 à parte procedat, alterum sui postulabit autorem. Ex his omnibus in unum
H
 Aristotelica ratiocinatio tota colligitur hoc modo: Omne quod mouetur, ab
 alio mouetur. Quod igit primū mouet, aut stat, aut ab alio & ipsum mouetur:
 sed si ab alio, iam non potest hoc primū uocari, & semper quod primū moue-
 at requiremus: restat ut stare dicatur. Stat igitur quod primum mouet. Contra
 Platonem ergo, qui dicit animā motus esse principium, in hunc modum com-
 ponit syllogismus: Anima principium motus est, principium autem motus nō
 mouetur, igitur anima non mouetur. Et hoc est quod primo loco uiolēter ob-
 iecit. Nec couisq; persuadere contentus, animam non moueri: alijs quoque rati-
 onibus non minus uiolētis perurget. Nullum (inquit) initium idem potest esse
 ei cuius est initium. Nam apud geometras principium lineæ punctum dici ut
 esse,

*Efigiatur ra-
 dio Aristotelis
 prima.*

Secunda.

esse, nō linea: apud arithmeticos principium numeri nō est numerus. Itē, causa nascēdi ipsa non nascit, & ipsa ergo motus causa uel initium non mouetur. Ergo anima quæ initiu[m] motus est, non mouet. Additur hoc quoq[ue]: Nunq[ue] in *Tertia*. quit, fieri potest, ut circa unam eandēcū rem, uno eodēcū tempore, contrarietas ad unum idemcū p[ro]tinentes eueniāt. Scimus aut̄ quia mouere facere est, & moueri pati est. Ei igit̄ quod se mouet, simul eueniēt duo sibi contraria, & face re & pati, qd̄ impossibile est. Anima igit̄ non potest se mouere. Item dicit: *Quarta*. Si animæ essentia motus esset, nunq[ue] quiesceret à motu. Nihil em̄ est qd̄ recipi at essentiæ sua contrarietate. Nam ignis nunq[ue] frigidus erit, nec nix unq[ue] spon te sua calesceret. Anima aut̄ nonnunq[ue] à motu cessat: non em̄ semp corpus uide mus agitari. Non igit̄ animæ essentia motus est, cuius contrarietatem receptat.

B Ait etiā: Anima si alijs causa motus est, ipsa sibi causa motus esse non poterit. Nihil est em̄(inq[ue]) qd̄ eiusdē rei sibi causa sit, cuius est alijs: ut medicus, ut ex ercitator corporz, sanitatē uel ualētiā, quam ille ægris, hic luctatoribus præstat, non utiq[ue] ex hoc etiā sibi p[re]stant. Item dicit: Omnis motus ad exercitium sui instrumēto egit, ut singulae artiū usus docet: ergo uidēdum, ne & animæ ad se mouēdum instrumēto opus sit. Quod si impossibile iudicā, & illud impossibile erit, ut anima ipsa se moueat. Item dicit: Si mouetur anima, sine du bio cum reliq[ue] motibus & de loco & in locum mouet. Quod si est, modo cor pus ingredit, modo rursus egredit, & hoc frequenter exercet. Sed hoc uidemus fieri non posse, non igitur anima mouet. His quoq[ue] addit: Si anima se mouet, necesse ē ut aliquo motus gñē se moueat. Ergo aut in loco se mouet, aut se ipsam pariēdo se mouet, aut se ipsum consumēdo, aut se augendo, aut se minuendo. Hæc sunt em̄(inquit) motus gñā. Horū aut̄ singula, quemadmodū possunt fieri requiramus. Si in loco se mouet, aut in rectâ linea se mouet, aut sphærico motu in orbem rotat. Sed recta linea infinita nulla est. Nam quæcunque in natura intelligi linea, quocunque sine fine dubio terminat. Si ergo p[ro] linea terminata anima se mouet, nō semp mouetur: nam cū ad finem uenit, & in rursus in exordiū redit, necesse est interstitium motus fieri in ipsa p[ro]mutatione redeundi. Sed nec in orbem rotari potest. Quia oīs sphæra circa aliqd immobile, quod centrō uocamus, mouetur. Si ergo & anima sic mouetur, aut intra se habet qd̄ immobile est, & ita sit ut non tota mouetur: aut si non intra se habet, sequitur aliud non minus absurdum, ut centrum foris sit, qd̄ esse nō poterit. Cōstat ergo **D** ex his(ait)cū in loco se non moueat. Sed si ipsa se parit, sequitur ut eadem & esse & nō esse dicamus. Si yō se ipsa consumit, non erit immortalis. Quod si se aut auget aut minuit, eadem simul & maior se & minor regietur. Ex his talem colligit syllogismum: Si anima se mouet, aliquo motus gñē se mouet, nullū aut̄ motus genus quo se moueat inuenit, non igitur se mouet.

Quibus argumentis Platonici magistrum suum aduersus Aristotelem tu[er]etur, ostendentes uti que esse aliquid quod a seipso mouetur, idq[ue] necessario esse animam: quibus probari, enervata ē prima obiectio Aristotelis.

Caput .XV.

C Ontra has tam subtileas & argutas & uerisimiles argumentationes ac cingendum est secundum sectatores Platonis: qui incepit quo Aristoteles tam ueram, tamcū ualidam definitionem magistri sauciare ten-

tauerat, subruerunt. Necp uero tam immemor mei, aut ita male animatus sum, ut ex ingenio meo, uel Aristotelii resistam, uel adhuc Platonis: sed ut quicq; magnoꝝ uiore, qui se Platonicos dici gloriantur, aut singula aut bina defensa ad ostentationem suoꝝ operꝝ reliquerunt: collecta haec in unum continua de sensioris corpus coaceruauit: adiecto si qd post illos aut sentire fas erat, aut auderet in intellectum licebat. Et quia duo sunt q̄ assertere conatus est: unum, qd dicit nihil esse qd ex se moueat: alterꝝ, quo animam hoc esse non posse confirmat: utriq; resistendum est, ut & cōst̄ posse aliquid ex se moueri, & animam hoc esse clarecat.

Refellit ea argumentatio
Aristotel. quod ostendere uult
quid mouea
tur, id moueri
ab alio. Atque
hec dilutio ei
objectionis pri
me.

In primis igit̄ illius diuisionis oportet nos cauere praestigias, in qua enumerans aliqua qua ex se mouētur, & ostendens illa quoq; ab alio moueri, id est à causa interius latente: uidetur sibi probasse, om̄ia qua ex se mouentur, etiā si ex se moueri dicantur, ab alio tamen moueri. Huius em̄ rei pars uera est, sed est falsa cōclusio. Nam esse aliqua, qua cum ex se moueri uideantur, ab alio tamen cōst̄ moueri, nec nos diffitemur. Non tamen oīa qua ex se mouentur hoc sustinent, ut ab alio ea moueri necesse sit. Plato em̄ cum dicit animā ex se moueri, id est cum ~~in~~ uocat, nō uult eam inter illa numerari, q̄ ex se quidem uidentur moueri, sed à causa qua intrā se latet mouentur: ut mouētur animalia, autore quidem alio, sed occulto. nam ab animā mouentur. aut, ut mouentur arbores: quarum etiā non uidetur agitator, à natura tamen eas interius latente cōstat agitari. Sed Plato ita dicit animam ex se moueri, ut non alia causa uel extrinsecus accidentem, uel interius latentem huius motus dicat autorem. Hoc quemadmodum accipendum sit, instruemus. Ignem calidum uocamus, sed & ferrum calidum dicimus: & niue frigidam, & laxum frigidum nun̄ cupamus: mel dulce, sed & mulsum dulce uocamus. Horum tamē singula de diuersis diuersē significant. Aliter enim de igne, aliter de ferro calidi nomē accepimus. Quia ignis per se calet, non ab alio fit calidus: contrā, ferrum non nisi ex alio calescit. Vt nix frigida, ut mel dulce sit, non aliunde contingit, sed q̄ naturam: laxo tamē frigus, uel mulso dulcedo, à niue uel melle proueniunt. Sic & stare & moueri, tam de his dicitur, qua ab se uel stant uel mouētur, q̄ de illis, qua uel sistuntur uel agitantur ex alio. Sed q̄bus moueri ab alio uel stare contingit, haec & stare desistunt & moueri. Quibus aut̄ idē est, & esse & moueri, nunq; à motu cessant: q̄a sine essentiā sua esse non posunt. Sicut ferre amittit calorem, ignis vero calere non definit. Ab se ergo mouetur anima, licet & animalia uel arbores p̄ se moueri uideantur. Sed illis quis interius latēs, alia tamē causa, id ē anima uel natura, motū ministrat: ideo & amittunt hoc quod aliunde sum p̄fere. Anima uero ita per se mouetur, ut ignis per se calet: nulla adūtūtia causa, uel illum calefaciēte, uel hanc mouēte. Nam cum ignē calidum dicimus, nō duo diuersa concipiūmus, unum quod calescit, alterꝝ quod calescit: sed totum calidum secundū suam naturā uocamus. Cum niue frigidam, cum mel dulce appellamus: non aliud quod hanc qualitatē p̄festa, aliud cui p̄festatur, accipimus: Ita & cum animam per se moueri dicimus, non gemina cōsideratio sequitur mouentis & moti, sed in ipso motu essentiā eius agnoscimus: quia quod est in igne nomē calidi, in niue uocabulum frigidi, appellatio dulcis in melle, hoc necesse est de anima ~~in~~ nomen intelligi: quod latina conuersio signifcat

A sicut & se moueri. Nec te cōfundat, q̄ moueri passiuum uerbum est. Nec sicut
 secari cum dicis, duo pari considerant, qđ secat, & qđ secatur: Item cum teneri ^{cavilli amo-}
 dicitur, duo intelliguntur, qđ tenet, & qđ tenetur: ita hic in moueri diuise rerū
 significationē putes, q̄ mouet, & q̄ mouetur. Nam secari qđem & teneri passio
 est, ideo cōsiderationem & facientis & patientis amplectitur. Moueri aut̄ cum
 de his qđem dicitur q̄ ab alio mouentur, utrancq̄ cōsiderationem similiē repre
 sentat: de eo autē qđ ita per se mouetur, ut sit ~~actio~~, cum moueri dicitur, q̄a
 ex se nō ex alio mouet, nulla potest suspicio passionis intelligi. Nā & stare licet
 passiuum uerbum non esse uideatur, cum de eo m̄ dicitur, quod stat alio siste
 te, ut stāt terrae defixa hastae significat passionem. Sic & moueri, licet passiuū
 sonet, quando tamen nihil inest faciens, patiēs inesse nō poterit. Et ut absoluti
 us liqueat, nō uerbō, sed res intellectu passionem significari: ecce ignis cum
 fertur ad superna, nihil patitur: cum de orum fertur, sine dubio patitur: q̄a hoc
 nīli alio impellente, non sustinet: & cum unum idemq̄ uerbum proferatur, pa
 sionem tamen modo inesse, modo abesse dicimus. Ergo & moueri idem in si
 gnificatione est qđ calere. Et cum calere ferr̄ dicitur, uel stylum moueri, quia
 utrīc̄z hoc aliunde peruenit, passionē esse fatemur. Cum uero aut ignis calere,
 aut moueri anima dicetur, q̄a illius in calore, & in motu huius essentia est, nul
 lus hic locus relinqutur passioni. sed ille sic calere, sicut moueri ista diceat. Hoc
 loco Aristoteles argutam de uerbis calumnī sarcīes, Platonem quoq̄ ipsum
 duo, id est quod mouet & quod mouetur, significasse cōtendit, dicendo: Solum
 igitur qđ seipsum mouet, q̄a nunq̄ deseritur à se, nunq̄ ne moueri quidem de
 sinit: & aperit̄ illum duo exp̄lisse proclamat, his uerbis, quod mouet & moue
 tur. Sed uidetur mihi uir tantus nihil ignorare potuisse, sed in exercitio arguti
 arum talium cōnuentem sibi, operam sponte lusisse. Cetero quis nō aduertat,
 cum quid dicitur seipsum mouere, non duo intelligenda: Sicut & cum dicitur
~~terris~~ ~~lumine~~, id est se punicns, non alē qui punit, alter qui punitur. Et cum
 se pdere, se inuoluere, se liberare quis dicitur: non necesse est unum facientem,
 alterum subesse patiētem. Sed hoc solum intellectu huius elocutionis exprimi
 tur: ut qui se punit, aut qui se liberat, nō ab alio hoc accepisse, sed ipse sibi aut in
 tulisse aut præstissime dicatur. Sic & de ~~actio~~, cum dicitur, seipsum mouet: ad
 hoc dicitur, ut aestimationē alterius mouentis excludat: quam uolens Plato de
 cogitatione legētis eximere, his quæ præmisit expressit. Nā quod semper (ait)
 D mouetur, æternum est: qđ autem motum assert alicui, quodq̄ ipsum mouetur
 aliunde, quando finem haber motus, uiuendi finē habeat, necesse est. Quid his
 uerbis inuenitur exp̄ressius, clara significatione testantibus, non aliunde moue
 ri quod seipsum mouet, cum animam ob hoc dicat æternam, quia seipsum mo
 uet, & non mouetur aliunde: Ergo se mouere hoc solum significat, non ab alio
 moueri. Nec putes q̄ idem moueat, idemq̄ moueatur: sed mouere sine alio
 mouente, se mouere est. Aperit̄ ergo constitit, quia non omne quod mouetur,
 ab alio mouetur. Ergo ~~actio~~, potest nō ab alio moueri. Sed ne à se quidem
 sic mouetur, ut in ipso aliud sit quod mouet, aliud quod mouetur, nec ex toto,
 nec ex parte, ut ille proponit, sed ob hoc solū seipsum mouere dicif, ne ab alio
 moueri existimetur. Sed & illa de motib⁹ Aristotelica diuisio (quā suprā

Alterius casu
li exclusio.

reulimus) surripieni magis apta est q̄ probanti, in qua ait: Sicut est qđ mouetur & nō mouet, ita est qđ mouet & non mouet. Constat em̄, q̄ om̄e q̄cqd mouet, mouet alia: uti dici, aut gubernaculū nauē, aut nauis circumfusum libi aē rem, uel undas mouere. Quid aut̄ est, q̄ nō possit aliud dum ipsum mouet impellere? Ergo si uer̄ non est, ea q̄ mouentur alia nō mouere, non cōstat illud, ut aliqd qđ moueat, nec tñ moueat, inuenias. Illa igit̄ magis probāda est in de cimo de legibus à Platone motū prolata diuīsio: Ois motus(inqt) aut se mouet & alia, aut ab alio mouet & alia mouet. Et prior ad animā, ad oīa & corpora scđus refer̄. Hi ergo duo motus, & differentia separant̄, & societate iungunt̄. Cōmune hoc hñt, q̄ & prior & scđus mouent alia. Hoc aut̄ differunt, q̄ ille à se, hic ab alio mouet. Ex his oībus q̄ eruta de Platonico sensū secunditate collegimus, cōstituit non esse uer̄, om̄ia q̄ mouent̄, ab alio moueri. Ergo

At alterius.

Colligunt̄ aut̄ mā id est qđ p̄ se moueat̄.

At sine ani-
me nī.

nec principiū motus ad dep̄candam t̄ ulterius mouentis necessitatē stare dicet: q̄a post seip̄m (ut diximus) mouere, alio non mouete. Eneruatus est igit̄ syllogismus, quem p̄missa uaria & multiplici diuīsione collegerat. Id est: Anima principiū motus est, principiū aut̄ motus non mouet, igit̄ anima non mouet. Restat, ut q̄a cōstituit posse aliqd per se moueri, alio non mouete, animam hoc esse doceat. Qd̄ facilē docebit̄, si de manifestis & indubitabilibus argumēta sumamus. Homini motū, aut anima p̄stat, aut corpus, aut de utroq̄ p̄mixtio. Et q̄a tria sunt de quibus inq̄stio ista p̄cedit, cum neq̄ à corpore, neq̄ à permixtione p̄stari hoc posse cōstiterit, restat ut ab anima moueri hoīem nulla dubitatio sit. Nūc de singulis ac primū de corpore loquamur. Nullum inanimū corpus suo motu moueri, manifestius est q̄ ut afferendum sit: nihil est aut̄, qđ dum immobile sit, aliud possit mouere: igit̄ corpus hominē non mouet. Videndum ne forte animae & corporis ipsa permixtio hunc sibi motum ministret. Sed quia constat motum corpori non inesse, si nec animae inest, ex duabus rebus motu carentibus nullus motus effici: sicut nec ex duabus dulcibus, amaritudo: nec ex duabus amaris, dulcedo proueniet: nec ex gemino frigore calor, aut frigus ex gemino calore nascer̄. Om̄is enī qualitas geminata crecit, nunq̄ ex duplicatis similibus contrarietas emergit. Ergo nec ex duabus immobilibus motus erit. Hoīem igit̄ p̄mixtio non mouebit. Hinc inexpugnabilis syllogismus ex confessare regē indubitabili luce colligitur. Animal mouetur: motum autē animali aut anima p̄stat, aut corpus, aut ex utroq̄ permixtio: sed neq̄ corpus, neque permixtio motum p̄stat: igit̄ anima motum p̄stat. Ex his apparet animam initium motus esse: initium autem motus, tractatus superior docuit per se moueri. Animā ergo inrōver̄ esse, id est per se moueri, nulla dubitatio est.

Quē in modū reliqua Aristotelis obiectioēs & Platonicoēs refellātur. Capit. XVI.

Repetitus se-
cunda obiectio
Aristotelis, et
dilectior.

Hic ille rursus obloquit̄, & alia de initijis disputatione cōfigit. Eadē em̄ hic soluēdo repetimus, q̄ suprā in ordinē obiecta digestissimus. Nō possumus (inqt) eadē initijis suis esse, q̄ inde nascuntur: & ideo animā q̄ initium motus est, nō moueri: ne idē sit initium & qđ de initio nascitur: id ē, ne motus ex motu processisse uideatur. Ad hæc facilis & absoluta respōsio est. Quia ut principia & hæc q̄ de principijs prodeunt, in aliquo nonnūq̄ in se differre fateamur: nunq̄ tñ ita sibi possunt esse cōtraria, ut aduersa sunt sibi, stare & moueri. Nam

A ueri. Nam si albi initium nigre uocaretur, & siccū esset humoris exordium: bonum de malo, ex amaro initio dulce procederet. Sed nō ita est, quia usq; ad cōtrarietatē initia & sequentia dissidere natura nō patit. Inueni tñ inter ipsa non nunq; talis differentia, qualis inter se origini progressioniç conueniat: ut ē hic quoç int̄ motum q̄ mouetur anima, & quo mouet cetera. Non enī animam Plato simpliciter motū dixit, sed motū se mouentē. Inter motum ergo se mouentem, & motū quo mouet cetera, qđ intersit, in apto est. Siqdem ille sine auatore est, hic alijs motus autor est. Cōstatit ergo, neq; adeo posse initia ac de ini tūs procreata differre, ut cōtraria sibi sint: nec tñ hic moderatā differentiam de suisce. Non igitur stabit principiū motus, quod ille artifici cōclusione collegit.

B His tertia(ut meminimus) succedit obiectio: Vni rei cōtraria simul accedere non posse, & q̄a cōtraria sibi sunt mouere & moueri, nō posse animā se mouere, ne eadē & moueat & moueat. Sed hoc supius aſcita diſſoluunt. Siquidem constitit in animae motu duo non intelligenda, qđ moueat, & qđ moueat: q̄a nihil aliud est ab se moueri, q̄ moueri alio non mouente. Nulla est contrarietas, ubi qđ sit, unum est: quia sit non ab alio circa alium, quippe cum ipse motus animae sit essentia. Ex hoc ei, ut supra retulimus, nata est occasio qua ta certaminis: Si animae essentia motus est, inq; cur interdū quiescit, cum nulla alia res contrarietate propriæ admittat essentia? Ignis cuius essentia calor in est, calere nō desinit. Et q̄a frigidum niuis in essentia eius est, nō nisi semper est frigida. Et anima igit̄ eadem ratione nunq; à motu cessare deberet. Sed dicat uelim, qñ à motu cessare animā suspicā? Si mouendo se(inq;) moueat & corpus: necesse est utiq; qñ non moueri corpus uideamur, animā quoç intelligamus non moueri. Cōtra hoc in prōptu est gemina defensio. Prīmū, q̄a nō in hoc deprehendi motus animae, si corpus agite. Nam & cū nulla pars corporis moueri uideā in homine, tñ ipsa cogitatio, aut in qcuncq; aliali auditus, uisus, odoratus, & similia: sed & in quiete ipsa, spirare, somniare, omnia haec motus animae sunt. Deinde q̄s ipsum corpus dicat immobile, etiam dum non uidetur agitari: cum incremēta membrorum, aut si iam crescendi ætas & tempus. celsit, cū saltus cordis cessationis impatiens, cum cibi ordinata digerier naturali dispensatione inter uenas & uscera succum ministrans, cum ipsa collectio, fluentior, per petuum corporis testetur agitatū. Et anima igit̄ æterno & suo motu, sed & corpus qđiu ab initio & causa motus animae, semper mouetur. Hinc eidem

D somes qnta ortus est quæſtiōis: Si anima(inquit)alijs causa est motus, ipsa sibi causa motus esse nō poterit: quia nihil est quod eiusdem rei & sibi & alijs causa sit. Ego uero licet facile possim probare plurima esse, quæ eiusdem rei & sibi & alijs causa sint. ne tñ studio uidear omnibus quæ afferit obuiare, hoc uerū esse concedam, qđ & pro uero habitum, ad afferendū motum animae non nocet. Etenim animam initium motus & causam uocamus. De causa pōst uidebis. Interim cōstat, om̄e initium inesse rei, cuius est initium: & ideo quicquid in quamcunq; rem ab initio suo proficietur, hoc in ipso initio reperi. Sic initium caloris non potest non calere. Ignem ipsum de quo calor in alia trādit, q̄s neget calidum: Sed ignis(inquit)non se ipse calefacit, quia natura totus est calidus. Teneo quod uolebā, nam nec anima ita se mouet, ut sit inter motum mo-

Repetitur ter
tia.

Quarta ex
ipsa diſſolu
da repetitur.
Al. essentia ca
lor est.

Al. excessit.
Al. frumentorum.

Obiectio quæ
repetitur ut
diſſuatur.

uentemq; discretio: sed tota ita suo motu mouet, ut nihil possit separare qd moueat. Hac de initio dicta sufficiet. De causa uero, qm spontanea conniuētia cōcessimus, ne qd eiusdē rei & sibi & alijs causa sit, libēter acqescimus, ne anima qd alijs causa motus est, ac sibi causa motus esse uideat. His em causa motus est, qd non mouerent, nūl ipsa p̄staret. Illa uero ut moueat, nō sibi ipsa largit: sed essentiæ suæ est, qd mouet.

*Solutio se-
zta argumen-
tatio Aristot.* Ex hoc quæstio qd sequitur absolute est. Tunc enim forte concedam, ut ad motus exercitiū instrumēta querant, qn aliud est qd mouet, aliud qd mouetur. In anima uero hoc nec scurrilis iocus sine dāno uerecū dīce audebit expetere, cuius motus est in essentia: cum ignis, licer ex causa intra se latētē moueat, nullis tñ instrumētis ad fugna cōscēdat. Multoq; minus hæc in anima qrenda sunt, cuius motus essentia sua est.

*Refellitur ob-
iectio sepius.* In his etiā qd sequuntur, uir tatus & alijs ultra cæteros serius, similis cauillati est. Si mouetur (inquit) anima, int cæteros motus etiā de loco in locū mouet: ergo modo (ait) corpus egreditur, modo rufus ingreditur, & in hoc exercitio saepe satur, quod fieri non uideamus: nō igitur anima mouetur. Cōtra hoc nullus est qui nō sine hæsitatione respondeat, non omnia qd mouentur, etiā de loco in locū moueri. Aptius deniq; in eum similis interrogatio retrorquēda. Moueri arbores dicis? qd cum (ut opinor) annuerit, pari dicacitate serierur. Si mouentur arbores, sine dubio (ut tu dices) inter alios motus etiā de loco in locum mouetur. Hoc autē uidemus per seiphas facere non posse, igitur arbores non mouentur. Sed ut hunc syllogismum additamento seriu facere possimus, postq; dixerimus, ergo arbores non mouentur, adjicemus, sed mouentur arbores, non igitur omnia quæ mouentur, etiā de loco in locum mouentur: & ita finis in exitium sanæ cōclusionis euader. Si ergo arbores fatebimur moueri quidem, sed apto sibi motu: cur hoc animæ negemus, ut motu essentiæ suæ cōueniente moueat?

*Ostendit obie-
ctionis dilatio-* Hæc & alia ualidè dice rentur, etiā si hoc motus gñe moueri anima non posset. Cū uero & corpus animet accessu, & à corpore certa cōstituti temporis lege discedat, quis eam neget etiā in locum, ut ita dicā, moueri? Quod autem non saepe sub uno tempore accessum uariat & recessum, facit hoc dispositio arcana & consulta naturæ: quæ ad animalis uitam certis uinculis continendā, tantū animæ iniecit corporis amorem, ut amer ultro qd iuncta est: raroq; cōtingat, ne finita quoq; lege temporis sui mōrens & inuita discedat. Hac quoq; obiectione (ut arbitror) dissoluta,

ad eas interrogations qbus nos uidetur urgere, ueniamus. Si mouet (inquit) se anima, aliquo motus gñe se mouet. Dicendum ne est igitur animam se in locum mouere: ergo ille locus aut orbis aut linea est. An se pariendo seu consumendo mouet? Se ne auger aut minuit? Aut proferat in medium (ait) aliud motus genus, quo eam dicamus moueri. Sed omnis hæc interrogationum molesta congeries, ex una eademq; defuit malè cōceptæ definitionis astutia. Nam quia semel sibi proposuit, omne quod mouetur, ab alio moueri, omnia hæc motuū genera in anima quærunt, in qbus aliud quod mouet, aliud est quod mouetur: cum nihil horum cadere in animam possit, in qua nulla discretio est mouentis & moti. Quis est igitur, dicet aliquis, aut unde intelligitur animæ motus, si horum nullus est? Sciet hoc quisquis nosse desiderat, uel Platone dicente uel Tilio. Quintum cæteris quæ mouentur, hic sons, hoc principium est mouendi.

Quanta

Quanta sit autem uocabuli huius expressio, quo anima sors motus uocatur, facilius repies, si rei inuisibilis motu sine autore, atq; ideo sine initio, ac sine fine, pendeunt, & cetera mouentem, mente cōcipias: cui nihil similius de uisibilibus, q; sors potuerit regiri: q; ita principiu est aquae, ut cum de se fluuios & lacus procreat, à nullo nauci ipse dicat. Nā si ab alio nascere, nō esset ipse principium. Et sicut sors nō facile semper dephenditur, ab ipso tñ q; fundunē, aut Nilus est, aut Eridanus, aut Ister, aut Tanais. Et ut illorū rapiditatē uidendo admirās, & intra te tantarū aquarū originē regrens, cogitatiōe recessis ad fontē, & hūc oēm motum intelligis de primo seaturiginis manare principio: ita cū corporis motus, seu diuina seu terrena sint, considerando, querere sorte autore uelis, mens tua ad animā quasi ad fontē recessis: cuius motu etiā sine corporis ministerio testanā cogitationes, gaudia, spes, timores. Nā motus eius ē boni malicū discrecio, uirtutū amor, cupido uirtutē, ex qbus effluunt omnes iñ nascentiū rei meatus. Motus em̄ eius est, q; quid irascimur, & in seruorē mutuæ collisiōis armamur, unde paulatim procedens rabies fluctuat præliorū. Motus eius est, q; in desideria rapimur, q; cupiditatibus alligamur. Sed hi motus, si ratione gubernen̄, proueniunt salutares: si destituant, in p̄ceps & rapiuntur & rapiunt. Didicisti motus animæ, q; modo sine ministerio corporis, modo q; corpus exerceat. Si yō ipsius mundanae animæ motus regres, cœlestē uolubilitatē, & sphaerae subiacentiū rapidos impetus intuere, ortum occasum' ue solis, cursus siderū uel recursus: quæ omnia anima mouēt proueniunt. Immobilem uero eam dicere, c; quæ mouet omnia, Aristoteli non cōuenit, qui quantus in alijs sit, probatū est: sed illi tantum, quem uis naturæ, quem ratio manifeste non moueat.

Scipionē ab suo suo Africano, tam ad otiosas q; negotiosas uirtutes incitatū suisse. Tum de tribus philosophie partibus, quæ nullā Cicero intactam præterierit. Cap. XVII.

Edocto igitur atque asserto animæ motu, Africanus qualiter exercitio eius utendū sit, in hæc uerba mandat & p̄cipit. Hanc tu exerce optimis in rebus. Sunt autē optimæ curæ de salute patriæ, qbus agitatus & exercitatus animus, uelocius in hanc sedē & domum suā peruolabit. Idq; oxyus faciet, si iam tum cum erit inclusus in corpore, eminebit foras: & ea q; extra erūt contemplans, q; maximē se à corpore abstrahet. Nanc̄ eorū animi qui se corporis uoluptatibus dediderunt, earumq; se quasi ministros p̄buere, impulsuq; libidinum uoluptatibus obedientiū, deorū & hominum iūra uiolauere, corporib; elapsi, circum terram ipsam uoluntantur, nec hunc in locum nisi multis agitati seculis reuertuntur. In superiore huius operis parte diximus alias otiosas, alias negotiosas esse uirtutes: & illas philosophis, has resq; rectoribus conuenire: utrāq; tñ exercitatem facere beatum. Hæ uirtutes interdum diuiduntur, nonnunq; uero miscentur, cum utrarumq; capax & natura & institutione animus inuenitur. Nam si q; ab omni quidē doctrina habeatur alienus, in rep. tñ & prudens, & tēperatus, & fortis, & iustus sit: hic à feriatis remotus, eminet tñ actualiū uigore uirtutum, qbus nihilominus eccliam cedit in præmium. Si q; uero insita quiete naturæ, non sit aptus ad agendum: sed solum optima conscientia dote erectus ad supera, doctrinæ suppellectilem ad exercitiū diuinæ disputationis expendat, seftator cœlestium, deuius caducorū, is quoq; ad coeli uerti-

De duplice genere uirtutum.

cem otiosis uirtutibus subuictus. Sæpe tñ evenit, ut idem pectus & agèdi & dis-
putandi pfectione sublime sit, & coelum utroq; adipiscat exercitio uiuuntum. Ro-
mulus nobis in primo gñe ponat: cuius uita uirtutes nunq; deseruit, semp exer-
cuit. In scđo Pythagoras, q; agèdi nescius, fuit artifex differendi, & solas doctri-
næ & cõscientiae uirtutes lecitus est. Sint in tertio ac mixto gñe apud Græcos
Lycurgus & Solon: in' Romanos Numa, Catones ambo, multiq; alij, qui &
philosophiā hauserunt altius, & firmamentū reip. p̄stiterunt. Soli enī sapientiae
otio deditos, ut abunde Græcia tulit, ita Roma nō nesciuit. Qñ igis Africani-
nus noster, quē modo auus p̄ceptor instituit, ex illo gñe est, qd & de doctrina
uiuēdi regulā mutua, & statum publicum uirtutibus fulcit: ideo ei pfectio-
nem geminæ pcepta mandanī, sed ut in castris locato & sudati sub armis, primum
uirtutes politicae suggesturē his ybis: Sunt aut optimæ curæ de salute patriæ,
qbus agitatus & exercitatus animus, uelocius in hāc sedē & domum suā puo-
labit. Deīn, quasi nō minus docto q̄ sorti uiro philosophiā apta subdunā, cū di-
citur: Idq; ocyus faciet, si iā tunc cū erit inclusus in corpore, eminebit foras: &
ea q̄ extra erunt contēplans, q̄ maxime se à corpore abstrahet. Hæc enī illius
sunt pcepta doctrinæ, q̄ illam dicit mortem philosophantibus appetendam. Ex
qua sit, ut adhuc in corpore positi, corpus, ut alienā sarcinam (in c̄stum pati) na-
tura despiciat. Et facile nunc atq; opportunitatē uirtutes suaderet: postq; quāta, & q̄
diuina p̄mia uirtutibus debeant, edixit. Sed q̄ inter leges quoq; illa impsecta
dicitur, in qua nulla deuīatibus pena sancti, ideo in cōclusione opis penā san-
cit extra hæc pcepta uiuentibus. Quem locum Hermagoras ille Platonicus co-
piosius executus est, secula infinita dinumerās, qbus nocētum animæ in easdē
penas sœpe reuolutæ, serò de tartaris emergere pmituntur, & ad naturæ suæ
principia, qd est coelum, tādem impetrata purgatione remeare. Necesse est enī
om̄em animā ad originis suæ scđem reuerti. Sed q̄ corpus tanq; pegrinæ inco-
lunt, cito post corpus uelut ad patriā reuertuntur. Quæ yō corpore illecebris
ut suis sedibus inherent, quanto ab illis uiolentius separantur, tanto ad supera
serius reuertuntur. Sed iam finē somnio cohibita disputatione faciamus, hoc ad
iecto, quod conclusionē decebit. Quia cum sint totius philosophiæ tres partes,
^{Tres philosophie partes.} moralis, naturalis, & rationalis: & sit moralis, q̄ docet moris climatā pfectio-
nem: naturalis, q̄ de diuinis corporibus disputat: rationalis, cum de incorporeis ser-
mo est, quæ mens sola complectitur: nullam de tribus Tullius in hoc somnio
prætermisit. Nam illa ad uirtutes amoremq; patriæ, & ad cōtemptum gloriæ
adhortatio, quid aliud cōtinet nisi ethicæ philosophiæ instituta moralia? Cum
uero uel de sphærarum modo, uel de nouitate, siue magnitudine siderum, dec̄p;
principatu solis, & circis cœlestibus, cingulisq; terrefribus, & oceani situ loq;
tur, & harmoniæ superū pandit arcanum, physicæ secreta cōmemorat. At cū
de motu & immortalitate animæ disputat, cui nihil constat inesse corporeum,
cuiuscq; essentiam nullius sensus, sed sola ratio deprehēdit, illic ad altitudinē phi-
losophiæ rationalis ascendit. Verè igitur pronuntiandum est, nihil hoc opere
perfectius, quo uniuersa philosophiæ continetur integritas. .

Expositionis in somnium Scipionis finis.

Macrobi⁹

MACROBII AVRELII
 THEODOSSI VIRI CONSULARIS ET TIT. LV.
 STRIS, CONVENTORVM PRIMI DIES
 SATVRNALIORVM LIBER PRI-
 MVS AD EVSTACHIVM FILIVM.



VLTas uariasq; res in hac uita nobis Eustachi fili
 natura conciliauit, sed nulla nos magis, q; eorū qui
 ē nobis esēt procreati, charitate deuinxit; et amq; no-
 stram in his educandis atq; erudiendis curam ese
 uoluit, ut parentes, neq; si id quod cuperent ex sen-
 tentia cederet, tantum ulla alia ex re uoluptatis, ne-
 que si contrā eueneret, tantum mceroris capere pos-
 sint. Hinc est q; mihi quoq; institutiō tua nihil an-
 tiquius aestimat. Ad cuius pfectiōnem, compendia
 longis anfractibus anteponenda ducens, moreq; omnis impatiens, non oppri-
 or, ut p; hæc sola te promoueas, q;bus edificidis gnauiter inuigilas: sed ago, ut
 ego quoq; tibi legerim, & q;quid mihi uel te iam in lucē edito, uel anteq; na-
 scereris, in diuersis seu Graecis seu Romanis linguis uoluminibus elaboratum
 est, id totū sit tibi sciētia supelle: & quasi de q;dam literar; penu, si q;ni usus ue-
 nerit, aut historiæ q; in libror; st̄ue latens clam uulgo est, aut dicti facti ue me
 morabilis reminiscendi, facile id tibi inuentu atq; deprōptu sit. Nec indigeste
 C tanq; in acerū congregissimus digna memorau, sed uariaz re; disparilitas ab
 autoribus, diuersis cōsula temporibus, ita in q;dam digesta corpus est: ut q; in di-
 stincte atq; p̄missu ad memoriae subsidiū annotaueramus, in ordinem instar
 membrorum cohærentia cōuenirent. Nec mihi uitio uertas, si res quas ex lectiōe
 uaria mutuabor, ipse saepe y;bis q;bus ab ipsis autoribus enarratæ sunt explica-
 bo: quia p̄sens opus non eloquentiæ ostētationem, sed noscendor; congeriem
 pollicet. Et boni cōsulas oportet, si notiā uetus statis, modo nr̄is non obscurē,
 modo ipsis antiq;rum fideliter uerbis recognoscas: prout quaeq; se uel enarran-
 da, uel transferenda suggesterint. Apes em q;dammodo debemus imitari, quæ
 uagātur, & flores carpunt: deinde quicq; attulere, disponunt, ac p; fauos diui-
 dunt, & succū uarium in unū saporē mistura quadā & proprietae spiritus sui
 mutant. Nos quoq; quicq; diuersa lectione quæsiuimus, cōmittermus stylo, ut
 in ordinē eodem digerente coalescat. Nam & in animo melius distincta seruā-
 tur: & ipsa distinctiō nō sine q;dam fermento, q; condit̄ uniuersitas, in unius sa-
 poris ulū uaria libamenta cōfundit: ut etiā si qd apparuerit unde sumptū sit,
 aliud tñ esse q; unde sumptū noscēt̄ appareat. Qd̄ in corpore nr̄o uideremus sine
 ulla opa nostra facere naturā. Alimenta q; accipimus, qd̄iu in sua qualitate per-
 seuerant, & solida innatāt, male stomacho oneri sunt. At cum ex eo qd̄ erāt mit-
 tata sunt, tum demū in uires & sanguinē trāscunt. Idem in his quibus aluntur
 ingenia p̄stems, ut quae cunctq; hauiimus, non patiamur integra esse, ne aliena
 sint, sed in quandā digeriē concoquani. Aliogn in memoriā ire possunt, nō in
 ingeniū. Ex omib; colligamus, unde unū fiat ex oīnibus: sicut unus numerus

f iij sit

fit ex singulis. Hoc faciat noster animus: omnia qbus est adiutus abscondat, ipm
 tñ oñdat qd efficit. Vt q odora pigmenta cōficiunt, ante omnia curat, ut nullus
 sint odoris propria q cōdiuntur, cōfusuri uidelicet omniū succos odoraminū
 in spiramentū unum. Vides q̄ multorū uocibus chorus cōstet: una tñ ex omni
 bus reddit. Aliqua est illuc acuta, aliqua grauis, aliqua media: accedit uiris sce
 minas, interponit fistula, ita uires singulorū illuc latet, uoces omniū apparent,
 & fit cōcentus ex dissonis. Tale hoc p̄sens opus uolo. Multas in illo artes, mul
 ta p̄cepta sunt, multas etatū exēpla, sed in unum cōspirata. In qbus si nec ea
 q̄ iam tibi cognita sunt aspernis, nec q̄ ignora sunt uites, inuenies plurima, quae
 sunt aut uoluptati legere, aut cultui legile, aut usui meminisse. Nihil enim huic
 op̄i insertū puto, aut cognitū inutile, aut difficile p̄ceptu: sed omnia, qbus sit inge
 niū tuū uegetius, memoria administricator, ōro solertia, sermo icorruptior: ni
 si sicubins sub alio ortos ecclō latīnae linguae uena nō adiuuet. Qd ab hisce (si
 tñ qbusdam forte nonnunq̄ tēpus uoluntatisq; erit ista cognoscere) petitum im
 petratūq; uolumus, ut æqui boni q̄ cōsulant, si in nō sermone nativa Romani
 oris elegātia desideret. Sed ne ego incautus sum, q uenustatem reprehensionis in
 currā à M. qndam Catone prolectā in A. Albinum, q̄ cum L. Lucullo cōsul
 fuit. Is Albinus res Romanas ōrone græca scriptitauit. In eius historiæ primo
 scriptum est ad hāc sententiā: Nemine succēdere libi cōuenire, si qd in illis libris
 parz cōpositè, aut minus elegantē scriptum foret. Nam sum (inq) homo Roma
 nus, natus in Latio: un & eloquum Græcum à nobis alienissimum ē. Ideoq; ue
 niā gratiāq; mala existimationis, si qd esset erratum, postulauit. Ea cum legis
 set M. Cato: Nā tu, inq, Aule nūmum nugator es, cum maluisti culpā depca
 ri, q̄ culpa uacare. Nā petere ueniā solemus, aut cum imprudentes errauimus,
 aut cum noxā impio cōpellentis admisisimus. Te (inq) ōro, q̄s perpulit ut id cō
 mitteres, qd priusq; faceres, peteres uti ignoscere. Nunc argumentum quod
 huic operi dedimus, uelut sub quodam prologi habitu dicemus.

Argumentum operis totius quod sit.

Caput .I.

SAturnalibus apud Vectium Prætextatum nobilitatis Romanæ p̄ceres
 docti, alij congregant, & tēpus solenniē feriatur deputat colloqo libe
 rali: cōuiuia q̄ sibi mutua comitate p̄bentes, nec discedentes à se nisi ad
 nocturnā q̄tem. Nā p̄ om̄e spatiū feriarū, meliorē dici partē serijs disputati
 onib; occupatē, coenæ tēpore cōuiuiales sermones agitat: ita ut nullum diei
 tempus, docte aliqd uel lepide proserendi uacuum relinqua. Sed erit in mēsa
 sermo iucundior, ut habeat uoluptatis amplius, severitatis minus. Nam cum
 apud alios quibus sunt descripta conuiuia, tum in illo Platonis symposio, non
 austeriore aliqua de re conuiuarum sermo, sed cupidinis uaria & lepida descri
 ptio est. In quo quidem Socrates, non arctioribus (ut assolet) nodis urget atq;
 implicat aduerarium: sed eludendi magis q̄ decertandi modo, apprehensis dat
 elabendi prop̄ atq; effugieō locum. Oportet enim uersari in cōuiuio sermones,
 ut castitate integros, ita appetibiles uenustate. Matutina erit robustior dis
 putatio, quæ uiros & doctos & præclarissimos deceat. Nec em Cottæ, Læ
 lij, & Scipiones, amplissimis de rebus quoad Romanæ literæ erunt, in ueterz
 libris disputabunt: Prætextatos uero, Flauianos, Albinos, Symmachos, & Eu
 sta-

A stachios, quorum splendor similis, & nō inferior uirtus est, eodē modo loq alt
quid licitum non erit. Nec mihi fraudi sit, si unī aut alteri ex his q̄s cetero coēgit
matura ætas, posteriori seculo prætextati sint, qd̄ licito fieri Platōis dialogi te-
stimonio sunt. Quippe Socrate ita Parmenides antiquor, ut huius pueritia uix
illius app̄henderit senectutem: & tñ inter illos de rebus arduis disputatur. In-
clytum dialogum Socrates habita cum Timaeo disputatione cōsumit, quos cō
stat eodē seculo non fuisse. Paralus uero & Xantippus, q̄bus Pericles pater fu-
it, cum Protagora apud Platonem differunt, scđo aduentu Athenis morante:
quos multo ante infamis illa pestilenta Athenis absumperat. Annos ergo co-
euntium mitti in digitos(exemplio Platonis nobis suffragante) non conuenit.

B Quo autem facilius quæ ab omnibus dicta sunt, apparere ac fecerini posse.
Decium de Posthumiano, quinam ille sermo, aut inter quos fuisse, sc̄is citatem
fecimus. Et ne diutius lectoris desideria moremur, iam Decij & Posthumiani
sermo palam faciet, quæ huius colloqui uel origo fuerit, uel ordo processerit.

Quæ coniuidis huius sermonis origo fuerit & ordo.

Capit. II.

T Entant mihi Posthumiane aditus tuos, & mollissima cōsultandi tem-
pora, cū modo adfuit seriae, quas indulget magna pars mensis Ian-
dicati: Ceteris em̄ serm̄ diebus, q̄ causis opportuni porandis sunt, ho-
ra omnino rep̄iri nulla potest, qn tuor̄ elicitum negotio uel defendas in foro,
uel domi discas: Nunc autē (scio te em̄ nō ludo sed ferio seriat) si est cōmodum
r̄ndere id qd̄ rogatum uenio, tibi ipsi c̄ptum arbitror nō intucundum, mihi ue-
ro gratissimum feceris. Regro autē abs te id primum, interfueris ne cōuiuio p
C plusculos dies cōtinua comitate renouato, eiç sermoni quē p̄dicare in primis,
quemq; apud om̄es maximis ornare laudibus diceris? quem quidē ego ex pa-
tre audissem, n̄li post illa cōuiuia Roma profectus Neapolī moraretur. Alijs
uero nup̄ interfui admirab̄tibus memorie tuae uires, uniuersa q̄ tunc dicta sunt
per ordinē s̄epe referentis. Hoc unum Deci nobis (ut & ipse c̄ptum tua sinit *Posthumianus*)
adolescētia, uidere, & ex p̄re Albino audire potuisti) in om̄i uitæ cursu optimū
uisum est, ut c̄ptum cessare à causar̄ defensione licuisset, tñ ad eruditior̄ hoim
tuiq; similiū cōgressum aliquē sermonemq; cōserrem. Necq; em̄ rectè institu-
tus animus regescere, aut utilius, aut honestius usquā potest, q̄ in aliqua oppor-
tunitate docte ac liberaliter colloquendi, interrogandiq; & r̄ndendi comitate.
D Sed quodnā istud cōuiuum? An yō dubitandū est, qn id dicas, quod doctissi-
mis procerz ceterisq; nup̄ apud Vectium Prætextatu sicut, & discurrens p̄st
inter reliquos grata uicissitudo uariauit? De hoc ipso quaestū uenio, & ex-
plices uelim, quale illud cōuiuum fuerit, à quo te absuisse propter singularem
om̄ium in te amicitiā non opinor. Voluissem egdē, necq; id illis (ut existi-
mo) ingratum fuisse. Sed cum essent amicorum cōplures mihi causæ illis die-
bus gnoscendæ, ad coenā tum rogatus, mediādi, non edēdi illud mihi tempus
esse respōdi: hortatusq; sum, ut alium potius nullo inuolutum negotio, atq; cu-
ra liberum quereret. Itaq; factum est. Nam facundum & eruditum uirū Eu-
sebium rhetorem inter Græcos præstantem omnibus, id est nostra ætate pro-
fessis, doctrinæ latialis haud insciū, Prætextatus meum in locum inuitari im-
perauit. Vnde igitur illa tibi nota sunt, quæ tam iucundè & comiter ad insti-
Posthumianus
Decius.
Decius.
Decius.

Posthumianus tuendā uitā exemplis(ut audio)rēcō copiosissimis,& uarietate doctrinæ hubertate prolata,digesta sunt. Cum solstitialis dies qui saturnalia festa,quibus illa cōiuia celebrata sunt,cōsecutus est,forēs cura uacuu,laetiore animo esse domi. Eò Eusebius cū paucis è secessoribus suis uenit:statimq[uod] uultu renidēs,pmagna me,inq[ui],abs te Posthumiane cum ex alijs, tum hoc maxime gratia fator obstrictum, q[uod] à Prætextato ueniā postulando,mīhi in ecōna uacue fecisti locum. Itaq[ue] intelligo,nō studium tantū tuum, sed ipsam quoq[ue], ut aliquid abs te mihi fiat commodi,cōsentire atq[ue] aspirare fortunā. Vis' ne,inq[ue], restituere id nobis,qd debitum tam benignè ac tam libenter fateris,nostrumq[ue] hoc otium, quo p[ro]friu[r]arō admodum licet,eò ducere,ut his q[ui]bus interfueris tunc tu,nunc nos interesse uideamur. Faciā,inq[ui],ut uis. Narrabo autem tibi,non cibum aut potum,tametsi ea quoq[ue] hubertim castēq[ue] affuerunt: sed ea q[uod] uel in conuiuis, uel maxime extra menlam,ab ijsdem per tot dies dicta sunt, in quantū potero animo repetam. Quæ quidem ego cum audirem, ad eorū mihi uitam qui beatitudine sapientibus dicerentur, accedere uidebar. Nam & quæ pridie q[uod] adesset in ter eos dicta sunt,Auieno mihi insinuantे cōperta sunt: & omnia scriptio mandau,ne qd subtraheret obliuio. Quæ si ex me audire gestis, caue existimes diem unam referendis,quæ per tot dies sunt dicta,sufficere. Quemnam igit[ur], & inter quos, aut unde ortum sermonem Posthumiane fuisse dicebat? Ita p[re]sto sum indefessus auditor. Tum ille: Declinante,inquit,in uesperg die,quæ saturnale festum erat insecurum,cum Vectius Prætextatus domi conuenire se gestientibus copiam faceret.eò uenerunt Aurelius Symmachus,& Cecina G Albinus,cum ætate,tum etiam moribus ac studijs inter se cōiunctissimi. Hos Seruius inter grammaticos doctorem recens professus,iuxta doctrinam mirabilis & amabilis,uerecundè terram intuens,& uelut latēti similis sequebatur. Quos cum profexisset,obuiamq[ue] proceſſisset,ac per blande salutauisset,cōuersus ad Furiū Albinum,q[uod] tum sortiē cum Auieno aderat,uis' ne(ait)mi Albine cum his q[uod]s aduenisse per opportune uides,quosq[ue] iure ciuitatis nostræ lumina dixerimus,eam rem de qua inter nos nasci cōperat sermo,communicemus?

Quid ni maxime uelim Albinus inquit? Nec em̄ ulla alia de re,quæ de doctis quæſtionibus colloqui,aut nobis aut his potest esse iucundius. Cumq[ue] cōſedissent,tum Cecina: Quidnam id sit mi Prætextate,tametsi adhuc nefcio,dubitate tamen non debeo,esse scitu optimum. Cum & uobis ad colloquendum causam attulerit,& nos eius expertes esse non sinatis. Atqui ſciās(inquit)oportet, eum inter nos sermonem fuisse,ut cum dies craftinus festis Saturno dicatis initium dabit,quando Saturnalia incipere dicamus,id est quando craftinum diē initium sumere existimemus. Et inter nos quidē parua quædam de hac disputatione libauimus:uerum quia te,quicquid in libris latet,inuestigare notius ē, q[uod] ut per uerecūdiam negare possis,pergas uolo in medium proferre,quicqd de hoc quod quærimus,edoctum tibi comprehensumq[ue] est.

De principio ac diuīſione civilis diei.

Capa .III.

TVm Cecina: Cum uobis qui me in hunc sermonem adducitis, nihil ex omnibus quæ ueteribus elaborata sunt,aut ignoratio neget,aut obliuio subtrahat,superfluum video inter scientes nota proferre. Sed ne quis

Ex Gellio lib.
3. cap. 2. de di
ei initio.

A quis me existimet dignatione cōsultationis grauari, qe quid de hoc mihi tenuis
memoria suggesterit, paucis reuoluā. Post hæc cum oēs paratos ad audiēdum
erectosq; uidisset, ita exorsus est: M. Varro in rege humanaꝝ libro, quē de di
ebus scriptis: Homines, inquit, qui ex media nocte ad proximam medium no
ctem his horis uigintiquatuor nati sunt, uno die nati dicuntur. Quibus ybis ita
uidetur dies obseruationē diuīsse, ut qui post solis occasum ante medium no
ctem natus sit, illo quē nox cōsecuta est: contrā uero qui in sex noctis horis po
sterioribus nascitur, eo die uideaū natus, qui post eam noctem diluxerit. Athe
nienses autē aliter obseruare idem Varro in eodem libro scriptis, eosq; à solis
occaſu ad solē iterū occidentem, om̄e id medium tempus, unum diem esse dice
re. Babyloniſ porrò aliter: A sole em̄ exortio, ad exortū eiusdem incipientem,
B id spatium unius diei nomine uocare. Vmbros uero unū & eundem diem esse
dicere, à meridi ad sequentem meridiē. Quid quidē (inquit Varro) nimis ab
surdum est. Nam qui Calēdis hora sexta apud Vmbros natus est, dies eius na
tal is uideri debebit, & Calendarū dimidiatus, & q post Calendas erit, usq; ad
horam eius diei sextā. Populum aut̄ Romanum, ita uti Varro dixit, dies singu
los annumerare à media nocte ad medium proximā, multis argumentis ostendit.
Sacra sunt enim Romana, partim diurna, partim nocturna. Et ea quae di
urna sunt, ab hora sexta noctis sequentis nocturnis sacris tempus impenditur.
Ad hoc ritus quoq; & mos auspicandi, eandem esse obseruationem docet. Nā
magistratus, quando uno die eis & auspicandū est, & id agendum, super q pro
cessit auspicū, post mediā noctem auspicantur, & post exortum solem agunt, au
spicatiq; & egisse eadē die dicuntur. Præterea tribuni plebis, quos nullum diē
integrū abesse Roma licet, cum post mediā noctem proliciscuntur, & post pri
mam facem ante medium noctem sequentē reuertūtur, non uident absuisse di
em: quoniam ante horā noctis sextā regressi, partem aliquam illius in urbe cō
sumunt. Quintū quoq; Mutium iurisconsultum dicere solitum legi, non esse
usurpatā mulierē, quae cūm Calendis Ianuarijs apud virū matrimonij causa es
se cecepisset, ad diem quartum Calendas Ianuarias sequentes usurpata esset. Nō
enim posset impleri trinoctiū, quo abesse à viro usurpandi causa ex duodecim
tabulis deberet, quoniā tertiae noctis posteriores sex horæ, alterius anni essent,
qui inciperet ex Calendis. Vergilius quoq; id ipsum ostendit, ut hominem de
cuit poeticas res agentem, recondita atq; opera ueteris ritus significatione:

Torquet (inquit) medios nox humida cursus,
Et me fævus equis oriens afflavit anhelis.

His em̄ verbis diē quem Romani ciuilē appellauere, à sexta noctis hora oriri
admoner. Idē poëta qñ nox quoq; incipiat expressit in sexto. Cum em̄ dixisset:

Hac uice sermonum roleis aurora quadrigis
In medium aethereo cursu traicerat axem, Mox suggestit uates:
Nox ruit Aenea, nos flendo ducimus horas.

Sed ita obseruātissimus ciuiliū definitionū diei & noctis initia descripsit. Qui
dies ita diuidit: Primū tēpus diei diciū mediae noctis inclinatio: deinde gallici
nū: inde conticiniū, cum & galli cōticescunt, & homines eiā tum quiescunt:
deinde diluculum, id ē cum incipit dignosci dies. Inde mane, dum dies clarus.

f v Ma-

Mane autē dictum, aut qd ab inferioribus locis, id est à manib⁹ exordium lucis emergat, aut (qd uerius mihi uidet) ab omni boni noīs. Nam & Lanuini mane pro bono dicunt: sicut apud nos quoq; contrarium est immane, ut immensis belua, uel immane facinus, & hoc genus cetera, non pro bono. Deīn à mane ad meridiē, hoc est ad medium diem. Inde iam suprà uocatur tempus occiduum, & mox suprema tēpestas, hoc est diei nouissimum tēpus, sicut exp̄sum est in duodecim tabulis: Solis occasus supra tempora tēpestas esto. Deinde uespera, qd à Græcis tractum est. Illi em̄ ~~in~~ stellā hēp̄o dicunt: unde & Hesperia Italia, q; occasui subiecta sit, nomina. Ab hoc tēpore prima fax dicit, deinde cōcubia, & inde intēp̄ta, q nō habet idoneum tēpus rebus gerendis. Hec est diei ciuilis à Romanis obseruata diuisio. Ergo noctū futura, cum media esse coepit, auspiciūm Saturnaliorum erit, quibus diecastini mos inchoandi est.

Latine dici Saturnaliorum, noctū futura, & diecastini. Capit. .III.II.

Hic cum om̄es quasi uetusatis prōptiuariū, Albini memoriam laudauissent, Prætextatus Auienum uidens Furio insurrātem, qdnam hoc mi Auiene, inquit, qd uni Albino indicatum clam ceteris esse uelis? Tum ille: Moueor quidē autoritate Cecinnæ, nec ignoro errorē in tantā non cadere doctrinā. Aures tamē meas ista uerborū nouitas peculit, cūm noctū futura, & diecastini, magis q̄ futura nocte, & die castino dicere (ut regulis placet) maluit. Nam noctū non appellatio, sed aduerbiū est. Porro futura, quod nomen est, non potest cum aduerbio conuenire. Nec dubium est, hoc inter se esse noctū & nocte, quod diu & die. Et rursus: die, & castini, non eodem casu sunt, & nisi casus idem, nomina in eiusmodi elocutione non iungit. Saturnaliorum deinde cur malimus q̄ Saturnaliū dicere, opto dignoscere.

Saturnalium. Ad hanc cūm Cecinna renidens taceret, & Seruius à Symmacho rogatus esset, quidnā de his existimaret: Licet, inquit, in hoc cœtu non minus doctrina q̄ nobilitate reuerendo, magis mihi descendū sit q̄ docendum, fabulabor tamen arbitrio iubētis, & insinuabo primū de Saturnalibus, pōst de ceteris, unde sit sic eloquendi non nouitas, sed uetusitas. Qui Saturnaliū dicit, regula innititur. Nomina em̄ quæ datiuū pluralem in bus mittunt, nunquam genitiū eiusdem numeri syllaba creuisse patiuntur: sed aut totidem habet, ut monilibus moniliū, sedilibus sediliū: aut una syllaba minus est, ut carminibus carminū, luminib⁹ luminū. Sic ergo Saturnalibus rectius Saturnaliū q̄ Saturnaliorum. Sed qui saturnaliorum dicunt, autoritate magnorum muniuntur uiorum. Nā & Sallustius ī tertio, Bacchanaliorum ait, & Malurius fastorum scđo: Vinaliorum, inquit, dies Ioui sacer est, non ut quidam purant Veneri. Et ut ipsoſ quoq; grāmaticos in testimonium citem, Verrius Flaccus in eo libello qui Saturnus inscribit: Saturnaliorum, inquit, dies apud Græcos quoq; festi habent. Et in eodem libro: Dilucide me, inquit, de constitutione Saturnaliorum scripsisse arbitror. Item Iulius Modestus de ferijs: Saturnaliorum, inquit, feria. Et in codē libro: Antias, inquit, Agonaliorum repertorem Numā Pom piliū resert. Hæc tñ, inquieris, autoritas quæro an possit aliqua ratione defendi. Planè, quatenus alienum nō est, committi grammaticum cum sua analogia, tentabo ſuspicionibus cruere, quid sit, quod eos ſolita enuntiatione deterrē.

*Cur autores
Saturnaliorū
dicere maluer-
runt q̄ Satu-
nalium.*

^A fecit, ut malling Saturnaliorū q̄ Saturnaliū dicere. Ac primum aestimo, q̄ haec noia q̄ sunt festorū dierū neutralia, carentq; numero singulari, diuersae cōditio-
nis esse uoluerunt ab his noībus, q̄ utroq; numero figurant. Compitalia em̄ et
Bacchanalia, & Agonalia, & Vinalia, & reliqua his similia, festorū dierū noīa
sunt, nec singulariē nominantur: aut si singulari numero dixeris, non idē significa-
bis, nisi adieceris festū: ut Bacchanale festū, & Agonale festū, et reliqua, ut iam
non positiuū sit, sed adiectiuū, qd̄ Græci ιπάνη uocant. Animati sunt ergo ad
faciendā discretionem in genituō casu, ut ex hac declinatione exprimerent no-
men solemnis diei, sc̄iētes in nōnullis saepe nominibus datiuo in bus exētū, ni-
hilominus genituū in rum finiri, ut domibus domorū, duobus duorū, ambo-
^B bus amborū. Ita & uiridia cūm arr̄i vīdīm accipiunt, genituū in ium faciunt,
ut uiridia prata, uiridium pratorū. Cū uero ipsam loci uiriditatem significare uo-
lumus, uiridiōrū dicimus: ut cum dici, formosa facies uiridiōrū. Tunc em̄ uiri
dia quasi posituum ponit, nō accidens. Tanta autē apud ueteres fuit licetia hu-
ius genitiū, ut Alsinius Pollio uectigaliorū frequenter usurpet, quod uectigal
non minus dicas q̄ uectigalia. Sed & cum legamus: Læuaq; ancile gerebat, ta-
men & anciliōrū relatum est. Videndum ergo, ne magis uarietas ueteres dele-
ctauerit, q̄ ad amissim uerum sit, festorū dierū nomina sic uocata. Ecce em̄ &
pter solennum dierū uocabula, alia quoq; sic declinata repimus, ut præcedens
sermo patescit, uiridiōrū, & uectigaliorū, & anciliōrū. Sed & ipsa festorum
nomina scdm̄ regulā declinata apud ueteres reperio. Siquidem Varrō Feriali-
um diem ait à serendis in sepulchra epulis dici. Nō dixit serialiorū. Et alibi flo-
^C ralium nō floraliorum ait, cum idē non ludos florales illic, sed ipsum festū Flo-
ralia significaret. Masurius etiā secundo fastorum, Liberalium dies, inq̄, à po-
tiflicibus agonium Martiale appellatur. Et in codē libro: Eā noctem deinceps,
qua in sequentē diem q̄ est Lucarium, non dixit lucariorum. Itemq; liberaliū
multi dixerū, nō liberaliorum. Vnde pronunciandum est, ueteres induluisse co-
piæ per uarietatem: ut dicebāt exanimos & exanimes, inermes & inermos, tū
hilaros acq; hilares. Et ideo certum est, lictori & saturnaliū & saturnaliorū di-
ci, cūm alterum regula cum autoritate, alterū etiā sola, sed multorū defendit au-
toritas. Reliqua autē uerba quæ Auiēno nostro noua uisa sunt, ueterum no-
bis sunt testimonijs afferenda. Ennius em̄, nūl̄ cui uidet inter nostræ ætatis po-
litiores munditia respuendus, noctū concubia dixit his uerbis:

Nofa.

^D Qua Galli furtim noctū summa arcis adortiMoenia concubia, uigilesq; repente cruentant. Quo in loco
animaduertēdum ē, nō solum q̄ noctū cōcubia, sed etiā qd̄ qua noctū dixerit.
Et hoc posuit in annalium septimo, in q̄rum tertio clarius qdem idem dixit:

Hac noctū filo pendebit Hetruria tota.

Claudius etiā Quadrigarius annal. iii. Senatus autem de noctū conuenire, no-
ctū multa domum dimitti. Nō esse ab re puto, hoc in loco id q̄q; admonere,
q̄ decēuiri in. xij. tabulis inusitatissimè nox p noctū dixerūt. Verba haec sunt:
Si nox furtum factum sit, si im alijs occisit, iure caelus esto. In q̄bus uerbis id
etiam notādum est, q̄ ab eo qd̄ est is, nō eum casu accusatiuo, sed im dixerunt.
Sed nec diecraftini à doctissimo uiro sine ueterum autoritate prolatum est,
qui-Ex Gellio II.
bro 10.44.24.

de diecrastini. quibus mos erat, modo diequinti, modo dieqnē, pro aduerbio copularē dice-^B re. Cuius indicū est, q̄ syllaba scđa corripit quæ natura producitur, cum solū dicitur die. Quod autem diximus, extremam istius uocis syllabam tum per e, tum per i scribi, cōsuētum id ueteribus suit, ut his literis plerūq; in fine indi- ferenter ueterentur, sicut pristinē & pristini, procluē procluī. Venit ecce illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellana quæ Meuia inscribitur:

Dies hic sextus cum nihil egi, die

Quartē moriar fame.

Diepristinē codē modo dicebā, qđ significabat die pristino, id ē priore, quod nunc pridie dicīt, conuerso cōpositionis ordine, quasi pristino die. Nec inficias eo, lectū apud ueteres die quarto. Sed inueniēt hoc de transactō, non de futuro positiū. Nam Cn. Marius homo impēse doctus, in mimiarnib; pro eo dicit, qđ nudius quartus nos dicimus, in his uersib; Nuper die quarto ut recordor, & certe aquariū urceum unicū domi fregit. Hoc igit̄ intererit, ut die quarto qui dem de p̄terito dicamus, die autē quartē de futuro. Verē ne diecrastini nihil re-tulisse uideamur, suppetit Ccelianum illud ex libro historiarē scđo: Si uis mihi sequitāre dare, & ipse cū cætero exercitu me sequi, diequinti Romā in Capito-lio curabo tibi coenā coctā. Hic Symmachus, Coelius tuus, inq̄, & histo-riā & uerbū ex Originibus M. Catonis accepit, apud quem ita scriptū est: Igi tur dictatorē Carthaginensū magister equitū monuit: Mitte Romā mecum equitatū, diequinti in Capitolio tibi coena cocta erit. Et Prætextatus: Existimo nō nihil ad demonstrandā consuetudinē ueterē, etiā & prætoris uerba conser-re, qui more maiorg; serias concipere solet, quæ appellantur compitalia. Ea uerba haec sunt: Dienoni post Calendas Ianuarij quiritibus cōpitalia erunt.

D: exatoratis obsoletis, uerbis. Tum recte ac latine dici, mille uerbor̄ est, &c. Cap. .V.

Gellii. l.c. 10.

TVm Auienus aspiciens Seruiū, Curius, inquit, & Fabritius, & Corū-canus antiquissimi uiri, uel etiā his antiques Horatiū illi trigemini, planē ac dilucide cū suis fabulati sunt: necq; Auruncor̄, aut Sicanor̄, aut Pelasgor̄, q̄ primi coluisse in Italia dicunt, sed ætatis suæ uerbis loquebantur. Tu autē proinde quasi cū matre Euandri nunc loquere. Vis nobis uerba mul-tis iā seculis oblitterata reuocare: ad quorū congeriē p̄stanteis quoq; uiros, quo rum memoriam cōtinuus legendi usus instruit, incitasti. Sed antiquitatem uobis placere iactatis, q̄ honesta, & sobria, & modesta sit. Viuamus ergo moribus p̄teritis, p̄sentibus uerbis loquamur. Ego em̄ id qđ à C. Cæsare excellētis inge-nij ac prudētiæ uiro, in primo de analogia libro scriptū est, habeo semp in me moria atq; in pectore, ut tanq; scopolū, sic fugiā infreq̄es atq; insolens uerbū. Mille deniq; uerbor̄ talū est, q̄ cum in ore priscaæ autoritatis crebro suerint, exautorata tñ à sequenti ætate repudiataq; sunt. Horū copiā proferre nunc pos-sem, ni tēpus iam noctis propinquātis necessaria discessione nos admoneret.

Mille uerbo-
rum ē ex Gel-
lii. l.c. 16.

Bona ȳba quæsto, Prætextatus morali (ut affloret) gravitate subiecit, ne in so-lent parentis artiū autiq;tatis reuerētiam uerberemus, cuius amorē tu quoq; dum dissimulas, magis prodis. Cum enim dicas, mille uerbor̄ est, qđ aliud ser-mo tuus nisi ipsam redolet uerstatē: Nam licet M. Cicero in oratione, quam pro Milone concepit, ita scriptum reliquerit: Ante fundum Clodij quo in fun-do

Ado propter insanias illas substructiones, facile mille hominū uersabat ualentiū: non uersabat, qđ in librī minus accurati scriptis reperiri solet. Et in sexta in Antoniū: Quis unq̄ in illo lano inuētus est, q̄ L. Antonio mille nummū ser ret expensum: Licet Varro quoq; eiusdem seculi homo in septimodecimo hu manarē dixerit: Plus mille & centum annor̄ est, tamen fiduciā sic cōponen di, nō nisi ex antecedentium autoritate sumperunt. Nam Quadrigarius in ter tio annaliū ita scripsit: Ibi occiditur mille hoīm. Et Lucilius in tertio satyrarū:

Ad portam mille, à porta est sex inde Salernum. Alibi uero etiā declinationē huius nominis executus est. Nā in decimoquinto libro ita dicit:

Hunc milli paſſū qui uicerit atq; duobus,

Campanus ſonipes ſuccuſſor nullus ſequetur

Maiori ſpatio diuersus uidebitur ire. Idem in libro nono:

Tu milli nummū potes uno querere centum.

Milli paſſū dixit, pro mille paſſibus: & milli nummū dixit, pro mille num mis: aperteq; ostendit, mille & uocabulum eſſe, & singulari numero dici, & ca ſum etiam capere ablatiū, eiusq; pluratiū eſſe milia. Mille enim non ex eo ponitur quod Græcē χλίδα dicuntur, ſed quod χλιδή. Et ſicut una chiliadas & due chiliades, ita unum mille, & duo milia ueteres certa atque directa ratio ne dicebant. Et heus tu! hiſ ne tam doctis uiris quorum M. Cicero, & Varro imitatores ſe gloriantur, adimere uis in uerborum comitijs ius ſuffragandi, & tanquā ſexagenarios maiores de ponte deſiçies? Plura de hoc diſſereremus, ni

c nos inuitos ab inuitu diſcedere hora cogeret. Sed uultis' ne diē ſequentem, quē omnes pleriq; abaco & latrunculis cōterunt, nos iſtis ſobrijs fabulis à primo lucis in coena tempus, ipsam quoq; coenam non obrutam poculis, non laſciu entem ſerculis, ſed quaſtionebus doctis pudicam, & mutuis ex lectione relati onibus exigamus? Sic em̄ ferias p̄r om̄i negotio ſectas commodi ſenſerimus, non animum (ut dicitur) remittere: nam remittere (inquit Muſonius) animūm

Gellius libro
18. cap. 2.

quasi amittere eſt, ſed demulcentes eum paulūm, atque laxates iucundis hone ſtiſq; ſermonū illeſtationibus. Quod ſi ita decernitis, dijs penatibus meis hu conueniendo gratiſſimum ſeceritis. Tum Symmachus: Nullus, qui quidem ſe dignum hoc conuentu meminerit, ſodalitatem hanc, uel ipsum conuentus re gem repudiat. Sed ne quid ad perfectionē coetus deſideretur, inuicandoſ ad cundem congreſſum conuictumq; ceneo Flauianum, qui quanto ſit mirando uiro & uenuſto patre prætantior, non minus morum ornatu uitiaeq; grauitate, qđ copia proſunde eruditioñis afferuit: ſimulq; Poſthumianum, qui forum deſcenſionum dignatione nobilitat: & Eustachium, qui tantus in omni philo ſophiæ genere eſt, ut ſolus nobis repræſentet triū philoſophorum ingenia, de quibus noſtra antiquitas gloriata eſt. Illos dico, quos Athenienses quondam ad ſenatum legauere, impetratum uti multam remitteret, quam ciuitati eorum fecerat propter Oropi uafationem. Ea multa fuerat talentū ſerē qngentūm. Erāt iſti philoſophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus pe ripateticus, quos ferunt ſeorsum quicq; oſtentandi gratia, per celeberrima ur bis loca, magno hominū conuētu diſſertaffe. Fuit (ut relatum eſt) facundia Car neades uiolēta & rapida, ſcita et tereti Critolaus, modeſta Diogenes & ſobria.

Gellius libro
7. cap. 14.

Sed

Sed in senatu introducti interprete usi sunt Cæcilio senatore. At hic noster cum secessas omneis assecutus, sed probabiliore secutus sit, omniaque haec inter Gracos gena dicendi solus impleat, inquit nos tamen ita sui locuples interpres est, ut nescias quae lingua facilius uel ornatius expletat operam differendi. Probauere omnes Q. Aurelii iudicium, quod edecumatos elegit sodales: atque his ita constitutis, primus a Praetextato simul, deinde a se discedentes, domum quisque suam regressi sunt.

De origine ac usu praetextæ, & quomodo haec in usum transferit nominis, inibi: de aliis quo rursum nominum proprietatum origine.

Caput VI.

Posterio die ad aedes Vinctorum matutini omnes, inter quos pridie conuenerat, affuerunt: quibus Praetextatus in bibliothecam receptis, in qua eos opprimebatur, placarum, inquit, diem mihi fore video, cum & uos adeatis, & affuturos se illi quos ad conuentus nostri societatem rogari placuit, spoponderunt. Soli Posthumiano antiquior uisa est instruendarum cura defensionum, in cuius abnuentis locum, Eusebiu Graia & doctrina & facundia clarum rhetorem surrogauit: insinuauitque omnibus, ut ab exorto die, se nobis indulgerent: quandoquidem nullis hodie officijs publicis occupari fas esset. Togatus certe, uel trabeatus, paludatus uero, seu praetextatus, hac die uidetur nullus. Tum Auienus, ut ei interpellata di mos erat: Cum sacrum mihi, ait, ac reip. nomen Praetextate tuum inter voca bula diuersi habitus refers, admoneor non ludicra (ut extimo) quæstionis. Cum enim uestitus togæ, uel trabeæ, seu paludamenti, nullum de se, proprii nominis usum secerit, quero abs te, cur hoc de solo praetextæ habitu usurpauerit uetus, aut huic nomini quæ origo contigerit. Inter haec Auieni dicta, Flavianus & Eustachius, par insigne amicitiae, ac minimo post Eusebium igressi, alacriorem secere coetum: acceptaque ac redditâ salutatione, cœsederunt: presentes, quidnam offendiderint sermocinationis. Tum Vinctius, opportunè affuistis mihi, inquit, assertorem querenti. Mouet enim mihi Auienus noster mei nominis quæstionem, & ita originem eius flagitat, tanquam sudes ab eo generis exigenda sit. Nam cum nullus sit qui appelletur suo nomine uel togatus, uel trabeatus, uel paludatus, cur Praetextatus nomen habeatur, postulat in medium proferri. Sed & cum posti inscriptum sit Delphici templi, & unius est numero septem sapientum eadem sit ista sententia, quædā etiam, quid in me scire existimādus sim, si nomine ignoro, cuius mihi nunc & origo & causa dicenda est. Tullius Hostilius rex Romanorum tertius, de bellatis Hetruscis, sellam curulem, lictoresque, & togam pictam, atque praetextam, et quod usurpa quæ insignia magistratum Hetruscorum erant, primus ut Romæ haberentur, recipierat a pueris.

Praetexta & **sue origo**, sellam curulem, lictoresque, & togam pictam, atque praetextam, et quod usurpa quæ insignia magistratum Hetruscorum erant, primus ut Romæ haberentur, instituit. Sed praetextam illo seculo puerilis non usurpabat ætas. Erat enim ut cetera quæ enumerauit, honoris habitus. Sed postea Tarquinius Demarati exulus Corinthij filius Priscus, quem quidam Lucumonem uocitatum serunt, rex tertius ab Hostilio, quintus a Romulo, de Sabinis egit triumphum. Quo bello filium suum, annos quatuordecim natum, per hostem manu percussit, & pro concione laudauit, & bulla aurea praetextam donauit, insignis puer, ultra annos fortis, præmiis virilitatis & honoris. Nam sicut praetexta magistratum, ita bulla gestamen erat triumphatum, quam in triumpho præ se grecabant, inclusis intra eam remedij, quæ crederent aduersus inuidiam ualentissima. Hinc deductus mos, ut praetexta & bulla in usum puerorum nobilium usurparent, ad omnes

omen & uota cōciliariāe uirtutis, ei similis, cui primis in annis munera ista ceserunt. Alij putat eundē Priscum, cum is statum ciuium solertia pudi prius ordinaret, cultum quoq; ingenuorū puerorū inter p̄cipua duxisse, instituīsc̄p, ut patritij bulla aurea cum toga cui purpura prætexitur, uterentur, dunataxat illi, quorum patres curulem gesserant magistratum. Cæteris aut, ut prætexta tātum uterent̄ indultum: sed usq; ad eos, quorum parentes equo stipēdia iusta meruisserint. Libertinis uero nullo iure uti prætextis licebat, ac multo minus peregrinis, qbus nulla esset cum Romanis necessitudo. Sed postea liberti norum quoq; filiis prætexta concessa est, ex causa tali quam M. Lælius augur. refert, qui bello punico secundo duumuiros dicit ex senatus cōsulto, prop̄ multa prodigia, libros Sibyllinos adisse: & inspectis his nūtiasce in Capitolio supplicandum, lectisterniumq; ex collata stipe faciēdum, ita ut libertinæ quoq;, q longa ueste uterent̄, in eam rem pecuniā subministrarent. Aucta igitur obsecratiō, pueris ingenuis, itēq; libertinis, sed & uirginibus patrimis matrimisq; pronuntiantibus carmen. Ex quo conceſsum, ut libertinorū quoq; filiij, q ex iusta dūtaxat matres familiās nati suisserint: togā prætextam, & lorū in collo pro bullæ decore gestarēt. Verrius Flaccus ait: Cum populus Ro. pestilentia labo raret, esetq; respōsum, id accidere, q̄ dij despicerētur, anxiam urbem suisse, q̄ non intelligeret oraculū: euenisceps, ut Circēsium die, puer de coenaculo pom pamp supnē despiceret, & patri referret, q̄ ordine secreta sacrorum in arca pilen ti cōpolita uidilset. Qui cum rem gestam senatu nuntiasceret, placuisse uelari loca ea quā pōpa ueheretur, atq; ita peste sedata, puerū qui ambiguitatē fortis ab soluerat, togæ & prætextæ usum munus impetravisse. Vetus tatis pitissimi re ferunt, in raptu Sabinarū, unam mulierū nomine Hersiliā, dum adhaereret sibi lix, simul raptam. Quam cum Romulus Hosto cuidam ex agro Latino, qui in asylum eius cōfugerat, uirtute conspicuo uxorem dedisset, natum ex ea puerū, anteq; ulla alia Sabinarū partum ederet, eumq; q̄ primus esset in hostico pro creatus, Hostum Hostiliū à matre uocitatum, & eundē à Romulo bulla aurea ac prætexta insignibus honoratum. Is enim cum raptas ad consolandum uocat̄, spopōdisse fertur, se eius insanti, quae prima sibi ciuem Romanam esset enixa, illustre munus datur. Nonnulli credunt ingenuis pueris attributū, ut cor dis figuram in bulla ante pectus annexerent, quam inspicientes, ita demum se homines cogitarēt, si corde præstarent. Togam quoq; prætextā his additam, ut ex purpurā rubore, ingenuitatis pudore regerentur.

Diximus unde prætexta, adiecimus & caulas quibus existimat cōcessa pueritiae. Nunc idem habitus quo argumento transierit in usum nominis, paucis explicādum est. Mos antea senatoribus suit, iu curiā cum prætextatis filiis introire. Cum in senatu res maior quaepiam consultaretur, eaq; in diem post erum prolata esset, placuit ut hanc rem, super qua tractauissent, ne quis enuntiat̄, priusq; decreta esset. Mater Papyrij pueri, qui cum parente suo in curia fuit, p̄contatur filium, quidnam in senatu egissent patres. Puer respondit, tacēdum esse, neq; id dici licere. Mulier sit audiendi cupidior, secretum rei, & silentium pueri, animumq; eius ad exquendrum euerberat. Quærit igitur cōpressius violentiusq;. Tum puer urgente matre, lepidi atq; festiu mendaci consiliū capit.

Prætexta quo
in usum nomi
nis transierit.
Ex Gellio lib.
1 cap. 13.

capit. Actū in senatu dixit, utrū uideretur utilius magisq; ex rep. esse, unus' ne
ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ut audiuit,
animo cōpauescit, domo trepidans egredie, ad cæteras matronas affert. Postri-
dieq; ad senatum copiosæ matrū familiās cateruæ cōfluent, lachrymantes atq;
obsecrant orant, una potius ut duobus nuptia fieret, q; uni due. Senatores in
grediētes curiam, quæ illa mulier; intemperies, & quid sibi postulatio isthac
uellet, mirabantur: & nō ut parua rei prodigium, illā uerecundi sexus impudicā
infaniā pauecebant. Puer Papyrius publicū metum demit. Nam in mediū cu-
riæ progressus, qd ipsi mater audire instituit, qd matri ipse simulaset, sicuti su-
erat, enarrat. Senatus fidem atq; ingeniu pueri ex oscula, consultumq; facit, uti
posthac pueri cum patribus in curiā non introciant, ppter illum unum Papyriū,

*scipionum no
men unde.*

Messala.

Afina.

Scropha.

eiq; puero postea cognomentū honoris gratia, decreto inditū Prætextatus, ob-
tacendi, loquēdiq; in p̄textata ætate prudentiā. Hoc cognomentū postea fami-
liæ nostræ in nomē hæsit. Non alii dicti Scipiones, nisi q Cornelius, q pat-
rem luminibus carente pro baculo regebat, Scipio cognoiatus, nomē ex cog-
nominis posteris dedit. Sic Messala tuus Auiene, dictus cognomento Vale-
rij Maximi, q postq; Messanam urbem Siciliæ nobilissimā cepit, Messala cog-
nominatus est. Nec mirū si ex cognominibus nata sunt noīa, cū contrā & cog-
nomina ex p̄prijs sint tracta noībus, ut ab Aemilio Aemilianus, à Seruio Ser-
uianus. Hic subiecit Eusebius: Messala & Scipio, alter de pietate, de virtute
alter, ut resers, cognomēta reperunt. Sed Scropha & Alina, q uiris nō medi-
ocribus cognomēta sunt, uolo dicas unde cōtigerint, cū contumeliae q honori
propiora uideant. Tum ille: Nec honor, nec iniuria, sed calus fecit hæc nomi-
na. Nā Alinæ cognomentū Cornelij datū est, qm princeps Cornelia gentis
empto fundo, seu filia data marito, cū sponsores ab eo solenniē poscerent, alinā
cum pecuniae onere produxit in foro, quasi pro spōsoribus p̄sens pignus. Tre-
mellius uero, Scropha cognominatus est euētu tali: ls Tremellius cum familia
atq; liberis in villa erat, serui eius cū de uicino scropha erraret, surreptā consici-
unt. Vicius, aduocatis custodibus, omnia circuuenit, ne quā haec efferrī possit,
isq; ad dñm appellat restitui sibi pecudē. Tremellius qui ex uillico rem cōpe-
rilser, scrophæ cadauer sub centonibus collocat, sup quos uxor cubabat. Quæ
stionem uicino primit. Cum uentum est ad cubiculum, uerba iurationis cōci-
pit, nullam esse in villa sua scrophā, nisi illam(inquit) quæ in centonibus iacet,
lectulū monstrat. Ea facetissima iuratio, Tremellio Scrophæ cognomē dedit.

De Saturnaliis origine ac ueritate, ubi & alia quæ dū obiter perstringuntur. Cap. . VII.

DVm illa narrantur, unus ē famulitio, cui prouincia erat admittere uo-
lentes dominum conuenire, Euangelum adfisse nuntiat cum Dysario,
qui tunc Romæ præstare uidebantur cæteris medendi artem profe-
sis. Corrugato indicauere uultu pleriq; de cōfidentibus, Euangeli interuētum
otio suo inamoētū, minusq; placido conuētui cōgruentem. Erat enim amaru-
lenta dicacitate, & lingua proterè mordaci, procax, ac securus offendit, quas
sine delectu chari uel nō amici in se passim uerbis odia serētibus prouocabat.
Sed Prætextatus, ut erat in om̄es æquè placidus ac mitis, ut admitterētur mis-
sis obuijs imperauit, quos Horus ingredientes commodū consecutus comi-
tabat, uir

tabatur, ut corpore atq; animo iuxta ualidus: q; post inter pugiles palmas, ad philosophiae studia migravit, sectaç; Antisthenis & Cratetis atq; ipsius Diogenis secutus, inter cynicos nō incelebris habebat. Sed Euangelus postq; coetū tantum assurgentē sibi ingressus offendit, casus' ne, inqt; hos omes ad te Præte xrate contraxit, an altius quiddā, cui remotis arbitris opus sit, cogitaturi ex dis posito cōuenistis? Qd si ita est ut existimo, abibo potius, q; me uel tris miscebo secretis, à qbus me amouebit uoluntas, licet fortuna fecisset irruere. Tum Vectius, q; quis ad omēm patientiā constanter animi tranquillitate firmus esset, nōn hil tñ consultatione tam proterua motus, si aut me (inquit) Euāgele, aut hæc in nocentia lumina cogitasse, nullū inter nos tale secretū opinareris, qd non uel tibi, uel & uulgo fieri dilucidum posset: q; a neḡ ego sum immemor, nec horū quenq; inficiū credo sancti illius p̄cepti philosophiæ: Sic loquendū esse cū ho minibus, tanq; dij audiāt: sic loquēdū cum dijs, tanq; homines audiant. Cuius scđa pars sancit, ne qd à dijs petamus, qd uelle nos indecorē sit hominibus cōfiteri. Nos uero, ut et honorē sacrī serīs haberemus, & uitaremus tamē torso rem serīādi, atq; otium in negotiū utile uerteremus, cōuénimus, diē totum doctis fabulis uelut ex symbolo cōferendis daturi. Nam si p̄ sacra solennia riuos deducere religio nulla prohibet, si salubri fluvio mersare oues fas & iura permittunt, cur non religionis honor puteā, dicare sacris diebus sacrū studium literare? Sed q; uos quoq; deoꝝ alijs nobis additos uoluit, facite, si uolentibus uobis erit, diem cōmuniū & fabulis & epulis exigamus, quibus ut oēs hodie qui p̄sentes sunt acq;escant, impetratū teneo. Tunc ille: Superuenire fabulis C non euocatos, haud equidē turpe existimā: uerū sponte irruere in conuiuum alijs p̄paratum, nec ab Homero sine nota, uel in fratre memoratū est. Et uide ne nimium arrogāter tres tibi uelis Menelaos cōtigisse, cum illi tāto regi unus euenerit. Tum omes Prætextatū iuuātes orare, blādeꝝ ad commune inuitare consortium: Euāgelum qdem si p̄pius & maxime, sed nonnunq; & cum eo pariter ingressos. Inter hæc Euāgelus petitu oīniū temperatus, M. Varronis, inquit, librum uobis arbitror non ignotū ex satyris Menippeis, qui inscribitur: Nescis quid uesp̄ serus uehat, in quo conuiuāt; numerū hac lege definit, ut ne que minor q; Gratias sit, nec p̄ Musas numerosior. Hic uideo excepto rege cōuiuū, tor uos esse quot sunt musæ. Quid ergo p̄fecto numero quæritis ad D iñciēdos? Et Vectius: Hoc, inqt; præsentia uestra nobis p̄stabit, ut & musas impleamis & Gratias, quas ad festum deoꝝ oīniū principis æquum est cōuenire. Quum igitur consedissent, Horus Auēnum intuēs, quem familiarius frequentare solitus era: In hoc, inquit, Saturni cultu, quem deoꝝ principem dicitis, ritus uidetur ab Aegyptiorꝝ religiosissima gente, in arcana templorū, usq; ad Alexandri Macedonis occasum defuisse: post quem tyrannide Ptolemaeorum presi, hos quoq; deos in cultum recipere, Alexandrinorꝝ more, apud q; præcipue colebantur, coacti sunt. Ita tamen imperio paruerunt, ut non oīniū religionis suā obseruata cōfunderent. Nam quia nunq; fas fuit Aegyptijs, pecudib; aut sanguine, sed precibus & thure solo placare deos, his autē duobus aduenis hostiæ erant ex more mactādæ, sana eorum extra pomcerium locauerunt, ut & illi sacrificij solenni sibi cruore colerent, nec tamē urbana tempia pe-

Gellii. 13. cap.
et de numero
conuiuorum.

cudum more polluerentur. Nullum itaq; Aegypti oppidum intra muros suos aut Saturni aur Serapis sanum recepit: Horz alter: uix ægreçp à uobis admis sum audio, Saturnum yō uel maximo inter ceteros honore celebratis. Si ergo nihil est, qd me hoc scire phibeat, uolo in medium proserat. Hic Auienus in Prætextatum expectationem cōsulentis remittens, licet oēs, ait, q adsum, pari doctrina polleant, sacrorū tamen om̄ium Vectius unice conscient, potest tibi & originem cultus, qui huic deo pendit, & causam festi solennis aperire. Qd cum Prætextatus in alios refundere tentasset, oēs ab eo impetraverunt, ut ipse differeret. Tunc ille silentio facto, ita exorsus est:

Saturnaliorū origo. Saturnaliorū originem illā mihi in medium proserre fas est, non q ad arcam diuinitatis naturā referī, sed que aut fabulosis admista differēt, aut à physicis in uulgo aperiū Nam occultas & manātes ex meri ueri fonte rationes, ne in ipsis qdē sacris enarrari p̄mititur. Sed si quis illas assequitur, continere intra conscientiā testas iubetur. Vnde quae scire fas est, Horus noster licebit me

Saturnaliorū causa. cum recognoscat. Regionem istam, quæ nunc vocatur Italia, regno Ianus obtinuit. Qui (ut Higinus Protarchum Trallianum securus tradit) cum Camele æquè indigena terrā hanc ita participata potentia possidebat, ut regio Camene, oppidum Ianiculum uocitaretur. Post ad Ianum solum regnum redactura est, qui credit geminā faciem p̄tulisse, ut quae ante, quaeq; post tergum essent, intuere. Qd procul dubio ad prudētiā regis solertiaq; referendū est, q & præterita nollet, & sutura prospiceret: sicut Anteuorta & Postuorta diuinitatis scilicet ap̄tissimae comites, apud Romanos colunt. Hic igit̄ Ianus, cum Sa G turnum classe puectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiā ruris, serū illum & rudē ante fruges cognitas uictum in melius redegisset, regni cum societate munerauit. Cum primus quoq; æra signaret, seruauit & in hoc Saturni reverentiā, ut qm ille naui fuerat aduentus, ex una qdem parte sui capitinis effigi es, ex altera uero nauis exprimeret, quo Saturni memoriam etiā in posteros propagaret. Aes ita suisse signatum, hodieq; intelligitur in aleæ lusu, cum pueri de narios in sublime lactantes, capita aut nauim, lusu teste uetus tatis, exclamant. Hos unā concordes regnasse, uicinaq; oppida opera cōmuni condidisse, præter Maronem qui refert, Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomē, etiam illud in prōptu est, q posteri quoq; duos eis continuos menses dicarunt, ut Decem ber sacram Saturni, Ianuarius alterius uocabulū possideret. Cum inter hæc subito Saturnus non cōparuisset, excogitauit Ianus honorz eius augmentum. Ac primum terram om̄em ditioni suæ parētem, Saturniam nominauit. Aram deinde cum sacris tanq; deo condidit, quae Saturnalia nominauit. Tot seculis Saturnalia præcedūt Romanae urbis ætatem. Observari igitur eum iussit maiestate religiōis, quasi uitæ melioris autorem. Simulacrum eius indicio est, cui falcem insigne mellis adiecit. Huic deo insertiones surculorū, pomorumq; educationes, & om̄ium eiusmodi fertilium tribuunt disciplinas. Cyrenenses etiā cum rem diuinam ei faciunt, siccis recentibus coronant, placentasq; mutuò misseāt, mellis & fructuum regitorem Saturnum extimātes. Hunc Romani etiam Sterculium uocant, q prius stercore fecūditatem agris comparauerit. Regni eius tēpora felicissima seruntur, cūm propter rerum copiam, tum etiam q; non dumi

dum quisq; seruitio uel libertate discriminabat. Quæ res intelligi potest, q; Sa
turnalibus tota seruis licentia primitiæ. Alia Saturnalior; causa sic tradi^c. Qui
erat ab Hercule in Italia relicti (ut qdam serunt) irato, q; incustoditi suisset ar-
mentū, ut nōnulli extimant, cōsulto eos relinquentे, ut arā suam atq; ædem ab
incursionibus tuerent: iij ergo cum à latronibus infestarent, occupatio edito col-
le, Saturnios se noīauerunt, q; antè nomine etiā idem collis uocabatur. Et q; se
eius dei senserunt noīe ac religione tutos, instituisse Saturnalia serunt, ut agre-
stes uicinor; animos, ad maiore sacri reuerentiā, ipsa indicti festi obseruatio uo-
caret. Nec illa causam q; Saturnalibus assignat ignoro, qd; Pelasgi (sicut Var-
ro memorat) cū sedibus suis pulsi, diuersas terras petiverint, cōfluxerunt pleri
q; Dodonū: & incerti quibus adhærerent locis, eiusmodi accepere responsum:
Tertia causa.

B Στύλην παθόμεσσι σπαλάψε στρυγίας ἔτιν
πλέοντες περιπολούσι τὸν τοῦ θεοῦ δχεῖν
αἴρεται χρήστης θυμάτων τοῖν, αὐτὸν φοιβό,
καὶ καφαλάς οὐδὲν γέγονε τῷ ποτέ τοι πάτεται.

Acceptaq; sorte, cum Latium post errores plurimos appulissent, in lacu Cutuli
ensiū natam insulā déphenderunt. Amplissimus enī cespes, siue ille cōtinens li-
mus, seu paludis fuit, coacta cōpage, uirgultis & arboribus in syluae licentiam
cōptus, iactātibus p omē mare fluctibus uagabat, ut fides ex hoc etiā Delo fa-
cta sit, q; celsa mōtibus, uasta cāpis, tñ p maria migrabat. Hoc igit̄ miraculo de-
phenso, has sibi sedes p̄dictas eē didicerūt: uastatisq; Siciliēsibus incolis, occu-
pauere regionē, decima p̄de scdm r̄nsum Apollini cōsecrata, erectis Diti facel-
lo, & Saturno ara: cuius festū saturnalia noīauerūt. Cūq; diu hūanis capitibus
Ditē, & uiror; uictimis Saturnū placare se crederēt, ppter oraculū in q; erat:
καὶ καφαλάς οὐδὲν γέγονε τῷ ποτέ τοι πάτεται,

Herculē serū postea cum Geryonis pecore p Italiam reuertentem suasisse illor;
postoris, ut faustis sacrificijs inslausta mutarent: inferētes Diti, nō hoīm capita,
sed oscilla ad humanā effigie arte simulata: & aras Saturnias, non maclādo ui-
ros, sed accensis luminibus excolētes, q; non solum uirg, sed & lumina φεται si-
gnificant. Inde mos p Saturnalia missitandis cereis coepit. Alij cereos non ob
aliud mitti putant, q; p hoc principe, ab incomi & tenebrosa uita, quasi ad lu-
cem & bonar; artiu scientiā editi sumus. Illud quoq; in literis inuenio, q; cū
multi occasione Saturnalior; per auaritiam à clientibus ambitiose munera exige-
rent, idq; onus tenuiores grauaret, Publicius trib. pl. tulit, ut non nisi cerei diti
oribus missitaren. Hic Albinus Cecinna subiecit: Qualē nunc pmutatio-
nem sacrificij Prætextate memorasti, inuenio postea cōcapitalibus celebratā, cū
ludi p urbem in compitis agitabant, restituti scilicet à Targnio Superbo Lari
bus ac Maniae ex responso Apollinis, quo pceptum est, ut pro capitibus, capi-
tibus supplicare. Idq; alīc̄diu obseruatū, ut pro-familiariū hospitare pueri ma-
ctarent Maniae deæ matri Larū. Quod sacrificij genus, Junius Brutus consul
pulso Targnio aliter constituit celebrandū. Nam capitibus allij & papaueris
supplicari iussit, ut respōso Apollinis satisficeret de nomine capitū, remoto scilicet
scelere inslausta sacrificatiōis. Factumq; est, ut effigies Maniae suspēsa pro
singulor; foribus, periculum si qd; immineret familijs, expiarēt. Ludosq; iplos
*Quæ origi-
mittendis ce-
reis.*
*Maniae deæ sa-
tra.*
Alf. familiarū.

ex iis compitiorz in quibus agitantur, compitalia appellauerunt. Sed perage cætera. Tunc Prætextatus: Bene & opportune similis emendatio sacrificiorum relata est. Sed ex his causis quæ de origine huius festi relatæ sunt, apparet Saturnalia uerstiora esse urbe Romana: adeo, ut ante Romanum in Græcia hoc solenne ceperit, L. Accius in annalibus suis referat his uerbis:

Maxima pars Graiūm Saturno & maximæ Athenæ
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.
Cumq; diem celebrant, per agros urbesq; ferè omnes
Exercent epulis læti, famulosq; procurant
Quisq; suos, nostriq; itidem, & mos traditus illinc
Iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

De templo Saturni, dēq; his que in huīs & de aut imagine uisitari. & quo modo intelligenda sunt ea, que de hoc deo fabulose dici consuerunt.

Caput VIII.

Saturni tēplū **N**unc de ipso dei templo pauca referenda sunt. Tullū Hostiliū cū bis de Albanis, de Sabinis tertio triūphasset, inuenio sanū Saturno ex uoto cōsecrass̄, & Saturnalia tunc primū Romæ instituta. Q̄uis Varro libro sexto q̄ est de sacrī ædibus, scribat ædē Saturni ad sorg faciendum lo casse L. Targnium regē, Titū uero Largium dictatorē Saturnalibus eā dedi casse. Nec me fugit, Gelliū scribere senatu decreſſe, ut ædes Saturni fieret, eiq; rei L. Furium tribunum militum p̄suisse. Habet arā, & ante se coenaculū. Ilic Græco ritu capite opto res diuina sit: q̄a primò à Pelasgis, p̄st ab Hercule ita eam à principio factitatē purant. Aedē uero Saturni æteriū Romani esse uo luerunt, q̄ tēpore q̄ incoluit Italiā, fertur in eius finibus nullum esse surtum cō missum, aut q̄a sub illo nihil erat cuiusq; priuatum. Nec signare solum, aut pat tiri limite cāpum Fas erat, in mediū quarebāt, ideo apud eum locareū populi pecunia cōmunis, sub quo fuissent cunctis uniuersa cōmunia. Illud nō omiserim, Tritonas cum buccinis fastigio Saturni ædis suppositos, qm ab eius cō memoratione ad nostrā ætātē historia elata, & quasi uocalis est: antī uero, muta & obscura & incognita, qd testan̄ caudæ Tritonum humi mersæ & absco ditæ. Cur aut̄ Saturnus ipse in compedibus uisat, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit, uer̄ mihi Apollodori lectio suggerit. Saturnum Apollodorus alligari ait p annum lanceo uinculo, & solui ad diē sibi festum, id est mense hoc Decēbri. Atq; inde prouerbium ductum: Deos lanceos pedes habere. Significari uero decimo mense semē in utero animatum in uitam grandescere, qd do nec erumpat in lucē, mollibus naturæ, uinculis detinet. Est porrò idem οὐρανός. Saturnum em inquantū mythici fictionibus distrahunt, intantū physici ad quandā ueri similitudinē reuocāt. Hunc aiūt abscidisse Cælij patris pendens, qbus in mare deiectis, Venerē procreatam: quæ à spuma unde coaluit, dapp̄lin nomen accepit. Ex quo intelligi uolunt, cum chaos esset, tēpora non fuisse. Siqdem tempus est certa dimensio, q̄ ex cœli conuersione colligitur. Tempus coepit inde. Ab ipso natus putat οὐρανός, qui (uiximus) οὐρανός est. Cumq; semina reḡ om̄ium post celum gignendarū de celo fluenter, & elementa uniuersa, quæ mundo plenitudinē sacerent, ex illis seminib; sunderen̄: ubi mundus omnib; suis partibus mēbrisq; perfectus est, certo iam tēpore finis factus est pro

Aedes Saturni quare erat.

Georg. I.

Tritones cur iudee Saturni.

Saturnus cur lanceos habet pedes.

est procedēdi de celo semina ad elementorū conceptionē: q̄ppē q̄iam plena suā erat p̄creata. Aīalium uero æternā propagationem ad Venerē gnandi facultas ex humore trāflata est, ut p̄ coitū maris foeminac̄ p̄ cuncta deinceps gignerent.

Propter abscissorū pudēdorū fabulā, etiam nīrī eum Saturnum uocitarunt, q̄d mēbrum uirile declarat, uelutī Sathanum. Vnde satyros etiā uelutī sathanos (q̄ sint in libidinē proni) appellatos opinātur. Falcem ei q̄dam putant attributam, q̄ tempus om̄ia metat, execet, & incidat. Hunc aiunt filios suos solitum deuorare, eōdemq̄ rursus euomere. Per q̄d similiter significatur eum tempus esse, à q̄ uicibus cuncta gignant absumātur, & ex eo denuo renascantur. Eundē à filio pulsū, qd aliud est, q̄ tempora senescentia ab his quæ post sunt nata, depelli. Vinctum autem, q̄ certa lege naturæ connexa sint tem-
B pora, uel q̄ om̄es fruges quibusdam uinculis nodisq̄ alternerentur. Nam & sal-
cem uolunt fabulæ in Siciliam decidisse, quod sit terra ista uel maxime fertilis.

Quis deus Ianus, deg. uarijs eius dei nominibus ac potestate.

Cāpūt .IX.

ET q̄a Ianum cum Saturno regnasse memorauimus, de Saturno autē qd mythici uel physici existimēt, iam relatiū est: de Iano quoq̄ qd ab utriusq̄ iactet, in medium proferemus. Mythici referunt, regnante Iano, om̄i um domos religione ac sanctitate suisle munitas. Idcircoq̄ ei diuinos honores esse decretos, & ob merita introitus & exitus aedium eidē consecratos. Xenon quoq̄ primo Italicas tradit, Janum in Italia primum diis templa fecisse, & ritus instituisse sacrorū: ideo eum in sacrificiis p̄stationem meruisse ppetuam. Qui
C dam ideo eum dici bisfrōtem putant, q̄ & p̄terita sciuerit, & futura prouiderit.

Sed physici eum magis cōsecrant argumentis diuinitatis. Nā sunt q̄ lanum tamen quis fuit eundem esse, atq̄ Apollinem & Dianā dicant, & in hoc uno utruncq̄ exprimi tuā deus. numen affirmēt. Etenī sicut Nigidius q̄q̄ refert, apud Græcos Apollo colit, q̄ uocat. Eiusq̄ aras ante foras suas celebrat, ipsum exitus & introitus de monstrat̄es potentē. Idē Apollo apud illos & aīuāe nuncupat, quasi uis p̄positus urbanis. Illi enī uias q̄ intra pomceria sunt, aīuāe appellant, Dianæ uero, ut Triuāe, uias om̄ium ijdem tribuunt potestatem: Sed apud nos Ianum om̄ibus p̄esse ianuis, nomen ostendit, qd est simile aīpaūs. Nā & cum clavi ac uirga figura, quasi om̄ium & portarū custos, & rector uiarē. Pronuntiavit Nigidius Apollinē Ianum esse, Dianamq̄ lanā, apposita dīra, quæ saepē iīrāe causa decoris apponi, ut redditur, redhibetur, redintegratur, & similia. Ianum q̄ dam solem demōstrari uolū, & ideo geminum, quasi urtiusq̄ ianuæ cœlestis potentem, q̄ exoriens aperiat diē, occidens claudat: inuocariq̄ primum, quum allicui deo res diuina celebratur, ut p̄ eum pateat ad illum deum cui immolatur accessus, quasi preces supplicum p̄ portas suas ad deos ipse transmittat. Inde & simulacrum eius plerunq̄ singitur manu dextra trecentorū, & sinistra sexaginta & quinque numerū tenens, ad demonstrandā anni dimēsionem, quæ p̄cipua est solis potestas. Alij mundum, id est eccl̄um, esse uoluerunt, Ianumq̄ ab eundo dictum, q̄ mundus semp eat, dum in orbem uoluitur: & ex se initium faciens, in se refertur. Vnde Cornificius Etymorū libro tertio, Cicero, inquit, non Ianum, sed Eanum noitat, ab eundo. Hinc et Phoenices in sacris imaginem eius exprimentes, draconē finxerunt in orbem redactum, caudāq̄ suā deuorātem,

g. iiiij. ut

ut appareat mundū & ex seipso ali, & in se reuelui. Ideo & apud nos in quatu
or partes spectat, ut demonstrat simulacrum eius Phaleris adiectum. C. Basius in
eo libro quē de dijs cōposuit, Ianum bīfronē singi ait, quasi superē atq; infere
fanitorē: eundem quadriformē, quasi uniuersa clima tate maiestate cōplexum. Sa
liorē quoq; antiquissimū carminibus deoꝝ deus canit. M. etiā Meſala Cn. Do
mitij in cōſulatu collega, idemq; p annos quinquaginta & quincq; augur, de la
no ita incipit: Qui cūcta ſingi, eandēq; regit, aquæ terræq; uim ac naturā gra
uem atq; pronam in profundū dilabentē, ignis atq; anima leue immensum in
ſublime fugientē copulauit circundato celo, q; uis celesti maxima duas uires dif
tati uaria cog
nomina.

In ſacris quoq; inuocamus Ianum geminū, Ianum patrē,
Ianum lunoniū, Ianum cōſiuim, Ianum quirinū, Ianum patultiū, & clauſiū.
Cur geminū inuocemus, ſuprā iā diximus: Prēm, quaſi deoꝝ deum: lunoniū,
quaſi nō ſolū mensis Ianuarij, ſed mensium oīm ingreſus tenentē. In ditione
autē lunonis ſunt omnes Calendæ. Vnde & Varro lib. v. reꝝ humanar̄ ſcri
bit, Iano duodecim aras pro totidem mensibus dedicatas: Cōſiuim, à cōſeren
do, id est à ppagine ḡnis humani, q; Iano autore conſerit: Quirinum, quaſi bel
lorum potentem, ab haſta quā Sabini curim uocat: Patultiū, & clauſium, q; a
bello ualuerū eius patent, pace claudunt. Huius autē rei hæc cauſa narrat: Cum
bello Sabino qđ uirginū raptarum gratia cōmifſum eſt, Romani portam q;
ſub radicibus collis Viminalis erat, quaē poſtea ex euentu Ianuialis uocata eſt,
claudere feſtinarent, quaſa in ipſam hostes irruerant, poſtq; eſt clauſa, mox ſpō
tē patefacta eſt: cumq; iterū ac tertio idē cōtigiffet, armati plurimi pro limine, G
quia claudere nequibant, cuſtodes ſteterunt. Cumq; ex altera parte acerrimo
prælio certaretur, ſubit fama pteſtit, fuſos à Tatio noſtros. Qyam ob cauſam
Romani, qui adiūtū tuebantur, territi profugerunt. Cumq; Sabini per portam
patentem irrupturi eſſent, fertur ex æde Iani per hanc portā magnam uim tor
rentiū, undis ſcatentibus erupiſſe, multasq; pduellum cateruas aut exuſtas fer
uenti aqua, aut deuorataſ rapida uoragine, deperiſſe. Ea re placitum, ut bellū
tempore, uelut ad urbis auxiliū proſecto deo, ſores reſerarētur. Hæc de Iano.

Quo die Saturnalia celebrari conſuerint, & p. primum uno tantum, deinde pluribus
diebus ſint celebraſſa.

Caput .X.

Sed ut ad Saturnalia reuertamur, bellum Saturnalibus ſumere nefas habi
tum. Poenias à nocente iſdē diebus exigere, piacula re eſt. Apud maiores
noſtros Saturnalia die uno ſiniebātur, qui erat ad quartumdecimū Cal. H
ianuarias. Sed poſtq; C. Caſar huic mensi duos addidit dies, ſextodecimo co
pta celebrari. Ea re factū eſt, ut cum uulgu ignoraret certū Saturnaliorū diē,
nonnulli q; à C. Caſare inſerto die, & alij ueteri more celebrarent, plures dies
Saturnalia numerarentur: licet & apud ueteres opinio fuerit, ſep̄ diebus per
agi Saturnalia, ſi opinio uocanda eſt, quaē idoneis ſirmatur autoribus. Nouius
enim probatissimus Atellanarum ſcriptor ait: Olim expectata ueniunt ſep̄tem
Saturnalia. Mummius quoq; qui poſt Nouium & Pomponium diu iacētem
artem Atellaniam uifcitauit: Noſtri, inquit, maiores uelut bene multa instituē
re, hoc optime à frigore fecere ſummo, dies ſep̄tem Saturnalia. Sed Mallius ait
eos qui ſe (ut ſuprā diximus) Saturni nomine & religione defenderant, per tri
duum

duū festos instituisse dies, & Saturnalia uocauisse. Vnde & Augustus, huius,
 inq[ue], rei opinionē secutus, in legib[us] iudicarijs triduo serias seruari iussit. Ma-
 surius & ali[u] uno die, id est. xiiii. Calē. Ianuarij affuisse Saturnalia crediderunt.
 Quorū sententiā Fenestella cōfirmat, dicens Aen[t]ilium uirginem decimoquin-
 to Calēdarū Ianuariarū esse damnatā. Quo die si Saturnalia gererent, nec eau-
 sam omnino dixisset. Deinde adiecit: Sequebanū eum diē Saturnalia. Mox ait:
 Postero autē die q[ui] suit decimustertius Calēdarū Ianuariarū, Liciniā uirgi-
 nem ut causam diceret iussam. ex q[ui] ostendit decimotertio Cal. profestum ele.
 Duodecimo uero seriae sunt diuī Angeroniæ, cui pontifices in facello Volu-
 piae sacrum faciūt, quā Verius Flaccus Angeroniā dici ait, q[uod] angores ac ani-
 morū solitudines propiciata depellat. Malurius adjicit, simulacrum eius dea
 ore obligato atq[ue] signato in ara Volupiae propterea collocatum, q[uod] q[uia] suos do-
 lores anxietatesq[ue] dissimulant, pueniant patientiæ bñficio ad maximam uolu-
 pitatem. Iulius Modestus ideo sacrificari huic deæ dicit, q[uod] po. Romanus mor-
 bo, qui angina dici[atur], præmisso uoto, sit liberatus. Undecimo autē Calēdarum
 seriae sunt Laribus dedicatae, quibus ædem bello Antiochia Aemilius Regi-
 lius p[ro]tor in campo Martio curandā uouit decimo Calen. seriae sunt louis, quæ
 appellant Larētinalia. de quibus, quia fabulari libertate sunt opiniones: Ferūt
 enī regnante Anco, ædituum Herculis per serjas otiantē, deum tessellis prouo-
 cassi, ipso utriusc[ue] manū tuete, adiecta cōditione, ut uictus cena scortoq[ue] mul-
 etaret. Victore itaq[ue] Hercule, illum Accam Larentiam nobilissimum per id
 tempus scortorū intra ædem inclusisse cum cena, eamq[ue] postero die distulisse
 rumorem, q[uod] post cōcubitum dei accepisset munus, ne cōmodum primæ occa-
 sionis, cūm se domū reciperet, offerendæ aspnarūtur. Euenisse itaq[ue], ut egressa
 mox tēplo à Carutio capto eius pulchritudine cōpellaretur, cuius uolūtatem se
 cuta, sumptuosa nuptijs, post obitum uiri omnium honore eius facta cōpos, cūm
 decederet, po. Romanum nuncupauit hæredem. Et ideo ab Anco in Gellius libro
6. cap. 7.
 loco celeberrimo urbis sculpta est, ac solenne sacrificium eidem constitutum, q[uod]
 dijs manib[us] eius per flaminem sacrificaret. Louiq[ue] seriae cōsecratae, quia existi-
 mauerunt antiqui animas à loue dari, & rursus post mortem eidem reddi. Ca-
 to ait, Larentiam meretricio quæstu locupletata, post excessum suum po. Ro-
 mano agros Turacem, Semurium, Lincerium, & Solinium reliquisse, & ideo
 sepulchri magnisidentia, & annuæ parentationis honore dignatā. Macr[us] histo-
 riarū libro primo, Faustuli cōiugem Accam Larētiam, Romuli & Remi nu-
 tricem esse cōfirmat. Hanc regnante Romulo, Carutio cui dā Tusco diuiti de-
 nuptā, auctamq[ue] hæreditate uiri, quam post Romulo quæ educasset reliquit, &
 ab eo parentalia diemq[ue] festum pietatis causa statutum. Ex his ergo omnibus
 colligi potest, & uno die Saturnalia suisse, & nō nisi decimoquarto Cal. Ianua-
 rijs celebrata, quo solo die apud ædē Saturni cōiuio soluto, Saturnalia cla-
 mitabant, qui dies nunc Opalibus inter Saturnalia deputatur, cūm primū Sa-
 turno pariter & Opi fuerit ascriptus. Hanc autem deam Openi Saturni cō-
 iugem crediderunt, & ideo hoc mense Saturnalia, itemq[ue] Opalia celebrari, q[uod]
 Saturnus eiusq[ue] uxor, tam frugum q[uod] fructuum reptores esse credantur. Itaq[ue]
 om̄i iam factu agroq[ue] coacto, ab hominibus hos deos coli, quasi uitæ cultioris

autores, quos etiā nonnullos cœlum & terram esse p̄suasum est, Saturnumq̄ à satu dictū, cuius causa de cœlo est: & terram Open, cuius ope humanæ uitæ alimēta querunt: uel ab opere, p̄ quod fructus frugesq̄ nascuntur. Huic deae sedentes uota concipiunt, terramq̄ de industria tangunt, demonstrantes ipsam matrem terram esse mortalibus appetēdam. Philochorus Saturno & Opi pri mum in Attica statuisse aram Cecropē dicit, eosq̄ deos pro loue terraq̄ coluisse, instituisseq̄, ut patres familiarū, & frugibus, & fructibus iā coactis, passim cum seruis uelcerent, cum q̄bus patientiā laboris in colendo rure tolerauerat, delectari em̄ deum honore seruor̄ contēplatu laboris. Hinc est q̄ ex instituto peregrino, huic deo sacrū apto capite facimus. Abunde iam probasse nos ex istimo, Saturnalia uno tantu die, id est decimoquarto Calendari solita celebra ri. Sed pōst in triduū propagata, primū ex adiectis à Cæfare huic mēsi diebus, deīn ex edicto Augusti, q̄ triū dier̄ ferias Saturnalibus addixit. A decimosexto igit̄ cepta in. xiiii. delinunt, q̄ solo fieri antē consueuerant. Sed Sigillarioz adiecta celebritas, in. vii. dies discursum publicū, & lætitia religionis extendit.

Non esse contēndam fortem seruos, cum & dij horum curā gerant, & multos ex his fideles, prōvidos, fortes, & philosophos quoq; suisse constet. Tum sigillarioz origo que fuerit. Caput . XI.

Tunc Euangelus: Hoc quidē, inq̄, iam ferre non possum, q̄ Prætextatus noster in ingenij sui pōpam, & ostentationē loquēdi, uel paulo an tē honorī alicuius dei assignari uoluit, q̄ serui cū dñis uelcerent, quasi uero curēt diuina de seruis, aut sapiens quisq̄ domi suā contumeliā tam scđe societatis admittat. uel nunc Sigillaria, q̄ lufum reptanti adhuc infantia oscillis fistilibus p̄bent, tērat officio religionis ascribere. Et q̄a princeps religiosor̄ putat, nōnulla & superstitionis admilcat, quasi uero nobis fas nō sit, Prætextatus ali quando nō credere. Hic cum oēs exhorruissent, Prætextatus renidens: Superstitiosum me Euangele, nec dignū cui creda existimes uolo, nisi utriusq; tibi rei fidē asserta ratio mōstrauerit. Et ut primū de seruis loquamur, ioco ne an serio putas eē hoīm genus, qd̄ dij immortales nec cura sua nec pudentia dīgnent; an sortiē seruos in hominū numero esse non pateris? Audi igit̄ q̄ta indi

Seruos dījs, et gnatō de serui suppicio cœlū penetrauerit. Anno em̄ post Romam cōditam CCCC. LXXIIII. Atronius qdam Maximius, seruū suum uerberatum, paubuloq; cōstrictum, ante spectaculi cōmissionem p̄ circum egit. Ob hāc causam indignatus Iupiter, Annio cuidā per quietē imperauit, ut senatui nuntiaret, nō sibi placuisse plenū crudelitatis admissum. Quo dissimulante, filiū ipsius mors repentina cōsumpsit, ac post scđam denuntiationē, ob eandem negligentiam, ipse quoq; in subitā corporis debilitatē solitus est. Sic demū ex cōsilio amicorū letitia delatus senatui retulit: & uix cōsummato sermonē, sine mora recuperata bona ualeudine, curia pedibus egressus est. Ex senatus itaq; cōsulto, et Meuia lege, ad propitiandū louem additus est illis Circēsibus dies: isq̄ instauratius dictus est, nō à patibulo (ut quidā putant) Græco noīe ἐπει τοιαν, sed à redintegratione, ut Varroni placet, q̄ instaurare ait esse instar nouare. Vides q̄ta de seruo ad deorū summū cura puererit? Tibi autē unde in seruos tantum & tam immane fastidiū: quasi nō ex ijsdē tibi & cōstent, & alans elemētis, eundemq̄ spiritū ab eodē principio carpāt. Vis tu cogitare eos, q̄s ius tuum uocas, ijsdē semini-

A feminibus ortos, eodē frui coelo, æque uiuere, æque mori? Serui sunt, imò homines. Serui sunt, imò cōserui. Si cogitaueris tātundē in utroq̄ licere fortunæ, tam tu illū uidere liberz potes, q̄ ille te seruum. Nescis qua ætate Hecuba seruire ceperit, qua Croesus, qua Darj̄ mater, qua Diogenes, qua Plato ipse? Postremo, qd ita nomē seruitutis horremus? Seruus est qdem, sed necessitate. Sed fortasse libero animo seruus est. Hoc illi nocebit, si oneris q̄s non sit. Alius h̄ bidini seruit, aliis avaritiæ, aliis ambitioni, om̄es spei, oēs timori. Et certe nulla seruitus turpior q̄ uoluntaria. At nos iugo à fortuna imposito, subiacentem tanq̄ miserz uilem̄ calcamus: qd uero nos nostris ceruicibus inferimus, non patimur reprehendi. Inuenies inter seruos aliquē pecunia fortiorē, inuenies dñm spe lucri oscula alienor̄ seruor̄ manibus infigentē. Non ergo fortuna homines æstimabo, sed moribus. Sibi quisq̄ dat mores, cōditionem casus assignat. Quemadmodū stultus est, q̄ empturus equum, non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos: sic stultissimus est, qui hominē aut ex ueste, aut ex conditione, q̄ modo uestis nobis circūdata est, æstimandum putat. Non est mi Euāgele, q̄ amicū mī in foro et i curia quæras. Si diligent' attēderis, inuenies & domi. Tu modò uiue cum seruo clementer, comiter quoq̄, & in sermonē illum, & non nunq̄ in necessariū admittē consilium. Nam & nostri maiores omnem domini nū inuidiam, om̄em seruis cōtumeliam detrahētes: dominum, patrem familiās: seruos, familiares appellauerunt. Colant ergo te potius serui tui, mihi crede, q̄ timeant. Dicet alijs nunc me dominos de fastigio suo deiijcere, & qdammo C do ad pileū seruos uocare, q̄s debere dixi magis colere q̄ timere. Haec q̄ senserit, obliuiscet id dominis parz non esse, quod dijs satis est. Deinde, qui colitur, etiam amat, non potest amor cum timore misceri. Vnde putas arrogantissimum illud manasse prouerbium, quod iactat: Totidem nobis hostes else q̄ seruos: Non habemus illos hostes, sed facimus, cum in illos supbissimi, cōtumeli osissimi, crudelissimi sumus, & ad rabiem nos cogunt puenire deliciae, ut quicquid nō ex uoluntate respōdit, iram furoremq̄ euocet. Dñi em̄ animos induimus tyrannor̄, & non quantū decet, sed cōptum libet, exercere uolumus in seruos. Nam (ut cætera crudelitatis ḡna præteream) sunt q̄ dum se mēsae copijs & auiditate distendunt, circumstantibus seruis mouere labra, ne in hoc quidem ut loquāt̄, licere pmitunt. Virga murmur om̄e compescit, & ne fortuita quidē sine yberibus excepta sunt. Tussis, sternutamentū, singultus, magno malo luitur. Sic sit, ut isti de domino loquāt̄, quibus coram dño loqui non licet. At illi quibus nō tantū præsentibus dominis, sed cum ipsiis sermo erat, quorum os non cōsuebatur, parati erant pro domino porrigerē ceruicē, & periculū immens in caput suū uertere. In conuiuis loquebantur, sed in tormentis facebant.

confit, & fer
uitus nō boīm
sed fortuna sit
mitius.

Vis exercitas in seruili pectore uirtutes recēseamus? Primus tibi Vrbinus occurrat, q̄ cum iuſus occidi in Reatino lateret, latebris proditis, unus ex seruis, anulo eius & ueste insignitus, in cubiculo ad quod irruebant qui plequebantur, pro domino iacuit: militibusq̄ ingrediētibus ceruicem p̄buit, & ic̄tanq̄ Vrbinus exceptit. Vrbinus postea restitutus, monumentū ei fecit, titulo scriptoris, qui tantū meritum loqueretur, addito. Aesopus libertus Demosthenis, confitius adulterij, qd cum Iulia patronus admirerat, tortus diutissime

Cur serui do-
minis interdā
hostes.

Al. domi.

Sernorū in da-
mios fidelitas

perseuerauit non prodere patronum, donec alijs coarguentibus cōscijs, Demo
 sthenes ipse latet. Et ne existimes ab uno facile celari posse secretum, Labie
 num ope libertorum latentem, ut indicarent liberti, nullo tormentorum gñē com-
 pulsii sunt. Ac ne quis libertos dicat hanc fidem bñficio potius libertatis ac-
 ceperat, q̄ ingenio debuisse, accipe serui in dñm benignitatem, cum ipse à dño pu-
 niretur. Antium em̄ Restionē proscriptū, solumq; nocte fugientem, diripienti
 bus bona eius alijs, seruus cōpeditus inscripta fronte, cum post damnationem
 dñi aliena esse solutus custodia, fugiētem persecutus est: hortatusq; ne se time-
 ret, sciētem contumeliam suam fortunā imputandā esse, non dño: abditumq; mi-
 nisterio suo aluit. Cum deinde p̄sequentes adesse sensisset, senem, quē casus ob-
 tulit, jugulauit, & in constructā pyrā coniecit: qua accensa, occurrit eis q; Resti
 onē quarebat, dicens dānatū sibi poenas lūsse, multo acrius à se uexatum, q;
 ipse uexarat: & fide habita, Restio liberatus est. Cepionē quoq; q; in Augu-
 sti necē fuerat animatus, postq; detecto scelere dānatus est, seruus ad Tiberim
 in cistā detulit, puectumq; Hostiā in agrum Laurentem, ad villā p̄pis noctur-
 no itinere perduxit. Cumis deinde nauigationis naufragio unā expulsum do-
 minum Neapoli dissimulāter occuluit: exceptusq; à centurione, nec pretio, nec
 minis, ut dñm proderet, potuit adduci. Alsinio etiā Pollione acerbe cogente
 Patauīnos, ut pecuniā & arma conserrent, dominisq; ob hoc latentibus, p̄mio
 seruis cum libertate proposito, qui dños suos proderet, cōstat seruorū nullum
 uiictum præmio dñm prodidisse. Audi in seruis, nō fidē rātum, sed & foccum
 dum bonæ inuentionis ingenii. Cum premeret obsidio Grumentū, serui reli-
 gata domina, ad hostes trāflugerunt. Capto deinde oppido, impetum in domū
 habita cōspiratione fecerunt, & extraxerunt dominā, uultu poenā mināre, ac uo-
 ce obuijs afferente, q; tandem sibi data esset copia crudelem dominā puniendi,
 raptāq; quasi ad supplicium, obsecquij plenis pietate tutati sunt. Vide in hac
 fortuna etiā magnanimitatē, exitum mortis ludibrio p̄ferentem. Clientū Pe-
 lignum Italensem, cōprehensum à cohortibus suis, ne Pompeio tradere, ser-
 uus eius occidit: ac se ne domino superstes fieret, interemit. C. Gracchum ex
 Auentino fugientem Euporus seruus, uel(ut quidā tradunt) Philocrates, dum
 aliqua spes salutis erat, indiuīllus comes qua potuit ratione tutatus est. Sup oc-
 cisum deinde animā scissis proprio uulnere uisceribus effudit. Ipsum P. Scipi-
 onem Africani p̄rem, postq; cum Annibale conflixerat, saucium in equum ser-
 uus imposuit, & caeteris deserentibus, solus in castra perduxit. Parum fuerit H
 dominis p̄stisile uuentibus. Quid q; in his quoq; exigendae uindictæ reperi-
 tur animositas? Nā Seleuci regis seruus, cum seruiret amico eius, à quo domi-
 nus fuerat interemptus, coenātem in ultionem domini confodit. Quid q; du-
 as uirtutes, quæ inter nobiles quoq; unicē claræ sunt, in uno uideo fuisse māci-
 pio, imperium regendi peritiā, & imperiū contempndi magnanimitatē? Ana-
 xilaüs em̄ Messenius, qui Messanā in Sicilia condidit, fuit R̄hegynorum ty-
 annus. Is cum paruos relinquaret liberos, Mycitho seruo suo commendasse con-
 tentus est. Is tutelā sancte geslit, imperiumq; tā clementer obtinuit, ut R̄hegyni
 à seruo regi non dedignarētur. Perductis deinde in ætatem pueris, & bona
 & imperiū tradidit. Ipse paruo uātico sumpto profectus est, et Olympiæ cum
 sum-

summa tranquillitate cōsenserunt. Quid etiā in cōmune seruili fortuna profuerit,
 A non paucis doceūt. Bello Punico, cum decesserent qui scriberētur, serui pro domi-
 nis pugnaturos se polliciti, in ciuitatē recepti sunt: & Volones (q̄a spōtē hoc uo-
 luerunt) appellati. Ad Cannas quoq̄ uictis Romanis, octo milia seruorū em-
 pta militauerunt. Cumq̄ minoris captiuī redimi possent, maluit se i resp. seruis
 in tāta rēpestate cōmittere. Sed & post calamitatē apud Thrasumenum notae
 cladis acceptam, libertini quoq̄ in sacramentū uocati sunt. Bello sociali, cohori-
 tium duodecim ex libertinis cōscriptis opera memorabilis uirtutis apparuit.

Cæsarē cum milites in amissorū locū substitueret, seruos quoq̄ ab amicis ac
 cepisse, & eorū sorti opera usum esse comperimus. Cæsar Augustus in Ger-
 mania & Illyrico cohortes libertinorū cōplures legit, quas uoluntarias appelle-
 B lauit. Ac ne putes haec in nostra tantūm contigilē rep. Borysthenidæ oppu-
 gnante Zopyrione, seruis, libertis, dārāq̄ ciuitate peregrinis, & factis tabulis
 nouis, hostē sustinere potuerūt. Cleomenes Lacedæmonius, cū mille & qn
 genti soli Lacedæmonij qui arma ferre possent, supfluisse, ex seruis manumis-
 sis bellatorū nouem milia conscripsit. Athenieses quoq̄ cōsumptis publicis
 opibus, seruis libertatem dederunt. Ac ne in solo uirili lexu extimes inter ser-
 uos extitisse uirtutes, accipe ancillarū factū non minus memorabile: ac ne quo
 utilius recip. in ulla nobilitate reperias. Nonis Iulij diem festum esse ancillarū,
 tam uulgo notum est, ut nec origo, nec causa celebratatis ignota sit. lunoni em̄
 Caprotinæ die illo liberæ pariter ancillarūq̄ sacrificant sub arbore capriflico, in

C memoriā benignæ uirtutis, quæ ancillarum animis pro cōseruatione publicæ
 dignitatis apparuit. Nā post urbē captam, cū sedatus esset Gallicus motus, res
 uero publica esset ad tenue deduc̄ta, finitimi opportunitatem inuadēdi Roma-
 ni nominis aucupati, præfecerunt sibi Posthumiū Liuium Fidenatum dicta-
 torem. Qui mandatis ad senatū missis, postulauit, ut si uellent reliquias suā ciu-
 tatis manere, matressamília sibi & uirgines dederētur. Cumq̄ patres essent in
 anticipi deliberaſione suspēsi, ancilla nomine Tuteſa Philotis, pollicita est,
 se cum ceteris ancillis, sub nomine dominarū ad hostes iturā: habituq̄ matrū-
 familiās & uirginū sumpto, hostibus cum prosequentium lachrymis ad fidem
 doloris ingestæ sunt. Quæ cū à Liuiō in castris distributa fuissent, uiros plu-
 rimo uino prouocauerunt, diē festum apud se esse simulantes. Quibus sopora-
 tis, ex arbore capriflico quæ castris erat proxima, signum Romanis dederunt:

D qui cūm repentina incursione superassent, memor beneficij senatus, omnes an-
 cillas manu iussit emitte: dotemq̄ eis ex publico fecit, & ornatum quo tūc erat
 usq; gestare concessit, diemq̄ ipsum Nonas Caprotinas nuncupauit, ab illo ca-
 priflico ex qua signum uictoriae ceperunt: sacrificiumq̄ statuit annua solennita-
 te celebrandū, cui lac quod ex capriflico manat, propter memoriā facti p̄ceden-
 tis adhibet. Sed nec ad philosophandum ineptum, uel impar seruile ingenii
 fuit. Phaedon ex cohorte Socratica, Socratiq̄ & Platonī persimiliaris, adeo, ut
 Plato eius nomini librum illum diuinum de immortalitate animæ dicaret, ser-
 uus fuit, forma atq̄ ingenio liberali. Hunc Cebes Socraticus, hortatē Socrate,
 emisse dicitur, habuisseq̄ in philosophiæ disciplinis. Atq̄ is postea philoso-
 phus illustris emersit, sermonesq̄ eius de Socrate admodū elegātes leguntur.

Seruorū op̄.
 fortitudoc̄ in
 bellis.

Ancillarū fa-
 cīus infigne-

seruī philo-
 phi.
 Ex Celsio li. 2.
 cap. 18.

Alij

Alij quoq; nō pauci serui fuerunt, q; pōst philosophi clari extiterunt. Ex q; bus ille Menippus fuit, cuius libros M. Varro in satyris aemulatus est, quas alij cynicas, ipse appellauit Menipeas. Sed & Philostrati gipatetici seruus, Polus, & Zenonis stoici seruus, q; Perseus uocatus est: & Epicuri, cui Mys nomē fuit, philosophi nō incelebres illa ætate uixerunt. Diogenes etiā cynicus, licet ex libertate in seruitutē uenum ierat: quē cūm emere uellet Xeniaes Corinthius, & qd artificij nouisset pcontatus esset: noui, inquit, Diogenes, hoībus liberis imperare. Tunc Xeniaes responsum eius miratus, emulit manu: filiosq; suos ei tradens, accipe (inquit) liberos meos quibus imperes. De Epicetero aut philosopho nobili, q; is quoq; seruus fuit, recentior est memoria, t̄q; ut possit in obliterata nesciri. Cuius etiā de se scripti duo uersus seruntur, ex quibus illud latē intelligas, non oīno dijs exosos esse, q; in hac uita cum ærumnarū uarietate luctantur: led esse arcanae causas, ad quas paucorū potuit peruenire curiositas.

Δέλθι τηνίτο γνόμων, γελούμαλη παρδό,

καὶ μηλώ τερό, γελούλα οὐδεπάτει,

Habes (ut opinor) assertum, non esse fastidio despiciēdum seruile nomen, cum & louē retigerit cura de seruo: & multos ex his fideles, prouidos, fortes, & philosophos etiam extitisse constiterit. Nunc de sigillaribus, ne ridenda me potius existimes q; sancta dixisse, paucis recensendum est. Epicadus resert, Herculem occiso Geryone, cū uictor p; Italiā armenta duxisset, pōte, q; nunc sublicius diciē, ad tempus instructo, hoīm simulacra pro numero lociorū, q; s casu pegri nationis amiserat, in fluuiū demisisse: ut aqua scđa in mare deuecta, pro corpori bus defunctorū ueluti patrijs sedibus redderent: & in usum talia simulacra fin gendi inter sacra māsisse. Sed mihi huius rei origo y;ior extimat, quā pau lo ante memini retulisse, Pelasgos postq; felicior interpretatio, capita, nō uiuentium, sed sicilia: & p;uē estimationem, nō solum hoīm, sed etiā lumen signifi care docuisse, ceppisse Saturno cereos potius accēdere: & in facellū Ditis aræ Saturni cohærens oscilla quedā pro suis capitibus serre. Ex illo traditū, ut cerei Saturnalibus misitarentur, & sigilla arte suctili fingerētur, ac uenalia parentur, q; homines pro se atq; suis piaculū pro Dite Saturno facerent. Ideo Saturnalibus talium commerciorū celebritas cepera, septem occupat dies, q; tantum seriatos facit esse, nō festos omes. Nā medio, id est decimoterio Calendas festū probauimus: & alijs hoc assertionibus ab his probatū est, q; rationem anni, mensium, dierumq; & ordinatem à Cæsare digestam plenius retulerūt. H

Quomodo annum ordinerit populus. Capit. XII.

CVmq; hic sine loquendi facere uellet, subiecit Aurelius Symmachus, perge mi Prætextate eloquio tam dulci de anno quoq; ediscere, an requam experiaris molestiam consulentis, si quis forte de præsentibus ignorat, quo ordine uel apud priscos fuerit, uel certioribus postea regulis innouatus sit: ad quod discendum, ipse mihi uideris audientium animos incitasse, de diebus mensi additis disserendo. Tum ille eodem ductu orandi reliqua cōtexit. Anni certus modus apud solos semper Aegyptios fuit: Aliarum gentiū dispari numero, pari errore nutabat. Et ut cōtentus sim referendo paucarum morem regionum, Arcades annum suum tribus mensibus explicabāt,

Acar-

A Acarnanes sex, Græci relig trecentis quinquaginta quatuor diebus annū propriū cōputabant. Non igit mir in hac uarietate Romanos quoq; olim autore Romulo, annū suum decem habuisse mensibus ordinatū: qā annus à Martio incipiebat, & cōsciebaſ diebus CCC.III. Vt sex qdem mēſes, id est Aprilis, Iunius, Sextilis, Septēber, Nouēber, Decēber tricenū essent dies: quatuor & Martius, Maius, Quintilis, October, tricens & singulis expediret, q; hodieq; septimanas habēt Nonas, ceteri qntanas. Septimanas aut hītibus ab Idibus reuertebant Calendā ad diē septimūdecimum. Vtq; hītibus qntanas, ad decimum octauum remeabat initiu Calendā. Hæc fuit Romuli ordination, q; primum anni mensem genitori suo Marti dicauit, quē mensem anni primum fuisse, uel ex hoc maxime proba, q; ab ipso Quintilis qntus est, & deinceps pro numero noīabantur. Huius etiā die prima, ignē nouum Vestar aris accendebat, ut incipiēt anno, cura denuo seruādi nouati ignis incipet. Eodem quoq; ingrediente mense, tā in regia curijsq; atq; flaminum domibus, laureae ueteres nouis laureis mutabant. Eodē quoq; mense & publicē & priuatim ad Annam perennā sacrificatū itur, ut annare pennareq; cōmode liceat. Hoc mēſe mercedes exoluebat magistris, quas cōpletus annus deberi fecit. Comitia aū spicabant, uectigalia locabant. Et seruis coenas apponebat matronæ, ut dñi Saturnalibus. Illæ ut principio anni ad prōptum obsequum honore seruos inuitarent, hi q; gratiam pfecti opis exoluerent. Secundum mēſem noīauit Aprilis, ut qdam putant, cum aspiratione, quasi Aphrilem, à spuma quā Græci uocant & ἄρη, unde orta Venus creditur. Et hanc Romuli afferunt fuisse rationē, ut primum quidē mensem à patre suo Marte, secundum ab Aeneae matre Venere nominaret: & hi potissimum anni principia seruarent, à quibus esset Romani nominis origo, cum hodie quodq; in sacrī Marte, patrem: Venerē, genitricem uocemus. Alij putant Romulum uel altiore prudentia, uel certi numinis prouidentia, ita primos ordinasse menses, ut cum pcedens Marti esset dictus, deo plerumq; hoīm necatori, ut Homerus aīt naturæ cōscius, πάντας δρόμον λαργὸν τύχειν οὐδὲν οὐδὲν: secundus Veneri dicaret, q; uim eius, quasi bīnica leniret. Nā & in duodecim zodiaci signis, quore certa certiore numinū domicilia credunt, cūm primum signum aries Marti assignatus sit, sequens mox Venetrem, id est taurus, accepit. Et rursus ē regione scorpius ita diuīsus est, ut deo esset utriq; communis. Nec existimāt coelesti ratione carere ipsa diuīsio. Siquidē aculeo uelut potentissimo telo pars armata posterior, domicilium Martis est: Priorem uero partem, cui ἡγέτη apud Græcos nomē est, nos libram uocamus. Venus accepit, q; uelut iugo cōcordi iungit matrimonia, amicitiasq; cōponit, Sed Cingius in eo libro quem de fastis reliquit, aīt imperiē quosdam opinari Aprilem mensem antiquos à Venere dixisse: cum nullus dies festus, nullumq; sacrificium insigne Veneri per hunc mēſem à maioribus institutum sit. Sed ne in carminib; quidem Saliorū Veneris illa, ut ceterorum coelestium, laus celebratur. Cingio etiam Varro consenit, affirmās nomen Veneris ne sub regibus qdem apud Romanos, uel Latinum, uel Græcum fuisse, & ideo non potuisse mensem à Venere nominari: sed cum serē ante ægnocantium uernum triste sit cœlum & nubibus obductum, sed & mare nauigāib; clausum, terræ etiā ipse

primus mēſe
fū, Martius.

secundas,
Aprilis:

ipse aut aqua, aut pruina, aut niuibus cōteganī, eaq̄ oīa uerno, id ē hoc mense, apiantur: arbores q̄c, nec minus cætera q̄ cōtinet terra, apire s̄e in germē incipiāt: ab his oībus mensem Aprilē dici merito credendū, quasi Aperilē: sicut apud Atheniēs ἀδεσπότης idē mēlis uocat, ab eo q̄p hoc tēpore cūcta florescat. Nō tñ negat Verrius Flaccus hoc die postea cōstitutū, ut matronae Veneris sacram facerēt, cuius rei causam, q̄a huic loco nō cōuenit, p̄tereundum est.

Tertius, Ma-
ius.

Maium Romulus tertiuū poluit, de cuius nomine inter autores lata dīssēlio est. Nā Fuluius Nobilior in fastis, q̄s in æde Herculis musar̄ posuit, Romu-lum dicit postq̄ populū in maiores iunioresq; diuisiſt, ut altera pars consilio, al- tera armis remp. tueretur, in honorem utriusq; partis, hunc Maium, sequētem Iunium mensem uocasse. Sunt q̄ hunc mensem ad nostros fastos à Tulculanis transisse cōmemorent, apud q̄s nunc quoq; uocat̄ deus Maius, qui est lupiter, à magnitudine scilicet ac maiestate dīctus. Cingius mensem nominatum putat à Maia, quam Vulcani dixit uxorem, argumentoq; uti, qđ flamen Vulcanalis Cal. Maijs huic deæ rem diuinā facit. Sed Piso uxorem Vulcani Maiestam non Maiā dicit uocari. Cōtendunt alij Maiam Mercurij matrem mensi nomē dediſt, hinc maxime probantes, q̄p hoc mense mercatores om̄es Maiæ pariter Mercurioq; sacrificant. Affirmant qdam, quibus Cornelius Labeo consentit, hanc Maiā cui mense Maio res diuina celebratur, terrā esse, hoc adeptam no-men à magnitudine, sicut & mater magna in sacris uocatur: assertioneq; exti-mationis suæ etiam hinc colligunt, q̄p sus p̄gnans ei macta, quæ hostia est pro pria terræ. Et Mercurium ideo illi in sacris adiungi dicunt, q̄a uox nascenti ho-minis terræ contactu datur. Scimus aut̄ Mercurium uocis & sermonis poten-tem. Autor est Cornelius Labeo, huic Maiæ, id est terræ, ædem Calen. Maijs dedicatā, sub nomine Bonæ deæ. Et eandem esse Bonā deam & terram, ex ipso ritu occultiore sacror̄ doceri possi confirmat. Hanc eandem etiā Bonam, Fa-namq; Opemq; & Fatuam, p̄tūlicum libr̄ indigitari. Bonam, q̄p om̄ium no-bis ad uictum honor̄ causa est: Faunā, q̄p om̄i ului animantium lauet: Opē, q̄p ipsius auxilio uita cōſter: Fatuā à fando, q̄p (ut supr̄a diximus) infantes partu edi-ti, non prius uocem edunt, q̄p attigerint terram. Sunt qui dicant hanc deam po-tentiam habere Iunonis, ideoq; regale sceptrū in sinistra manu ei additū. Ean-dem alij Proserpinā credunt, porcaq; ei rem diuinam fieri, quia segetem quam Ceres mortalibus tribuit, porca depasta est. Alij ~~χρυσαύλων~~ Bovotij Semelā credunt, necnō eandem Fauni filiā dicunt: obſtitūlēq; uoluntati patris in amo rem suum lapsi, ut & uirga myrtle ab eo uerberaret, cum desiderio patris nec uino ab eodem preſsa celisſeti. Transfigurasse se tamen in serpentem pater cre-ditur, & coiffe cum filia. Horum omnium hoc proferunt indicij, q̄p uirgā myrtle in templo haberit nefas sit: q̄p super caput eius extendatur uiuis, qua maxi-me eam pater decipere tentauit: q̄p uinum in templum eius non suo nomine so-leat infcri, sed uas in quo uinum inditum sit, mellarium nominetur, & uinum lac nuncupeſ: serpentesq; in templo eius nec terrentes, nec timentes indifferen-ter appareant. Quidam Medeam putant, quod in æde eius om̄e genus herba-rum sit, ex quibus antistites dant plerunq; medicinas: & quod templum eius uiuum introire non liceat, propter iniuriam quam ab ingrato uiro laſone per-peſſa

A pessa ē. Haec apud Graecos οὐ γνωστα dicitur, quā Varro filiā Fauni tradidit, adeo pudicā, ut extra γνωστα nūc sit egressa, nec nomē eius in publico fuerit auditū, nec uirg unq̄ uiderit, uel à uiro uisa sit; pppter qđ nec uir tēplum eius ingrediāt. Vñ & mulieres in Italia sacro Herculis nō licet interesse, qā Herculi (cum boves Geryonis p Italiz agros ducere) sūtiēti respōdit mulier, aquam se non posse p̄stare, q̄ sc̄minar̄ dēz celebrarē dies, nec ex eo apparatu uirls gu stare fas esset. Proprieq̄d Hercules facturus sacrū, detectatus est p̄sentiam sc̄minar̄, & Potitio ac Pinario sacror̄ custodibus iussit, ne mulierem interesse p̄mitterent. Ecce occasio nois, quo Maiā esse eandē, & terrā, & Bonam dcam diximus, coēgit nos de Bona dea quæcunq̄ comperimus protulisse.

B Iunius Maiū seq̄tur, aut ex parte populi (ut suprā diximus) nominatus, aut ^{Quarto, Iunii}
 (ut Cingius arbitrat) q̄ lunonius apud Latinos ante uocatus, diuīq; ap̄d Ari
 cinos, Prænestinusq̄ hac appellatione in fastos relatus sit: adeo, ut (sicut Nilus
 in cōmentarij fastor̄ dicit) apud maiores q̄q; nōs hæc appellatio mensis diu
 manserit: sed pōst detritis q̄busdā līris, ex lunonio lunius dictus sit. Nā & ædes
 lunoni Moneræ Cal. lunij dedicata est. Nōnulli putauerunt lunū mensem à
 Junio Bruto, q̄ primus Romæ cōsul factus est, nōiatum: q̄ hoc mense, id ē Ca
 lendis Lunij, pulso Targnio, sacrum Carnæ dēz in Cælio mōte uoti reus sece
 rit. Hanc dēa uitalibus humanis p̄esse credunt. Ab ea deniq̄ petiū, ut iecinora
 & corda, quæq; sunt intrinsecus uiscerā, salua cōseruet. Et qā cordis bñficio, cu
 ius dissimulatiōne Brutus habebat idoneus emēdationi publici status, extiit,
 hanc dēa quæ uitalibus præfēt, tēplo sacrauit. Cui pulle fabaria & larido sacri
 cificat, q̄ uires maxime his rebus corporis roborent. Nā & Calēda lunia, faba
 ria uulgo uocant: qā hoc mēse adultae fabae diuinis rebus adhibentur.

C Sequitur Iulius, qui cū secundum Romuli ordinationem Martio anni te
 nente principium, Quintilis à numero uocaretur: nihilominus tamen etiā post
 præpositos à Numa lanuarium ac Februarium, retinuit nomen, cum nō uide
 retur iam quintus esse, sed septimus. Sed postea in honorē Iulij Cæsaris dicta
 toris, legē serente M. Antonio Marci filio consule, Julius appellatus est: quod
 hoc mense, ad quartum Idus Quintilis, Julius procreatus sit.

D Augustus deinde est, qui Sextilius ante uocabatur, donec honori Augusti
 daretur ex senatusconsulto, eius uerba subiect: Cum imperator Cæsar Augu
 stus mense Sextili, & primum consulatum inierit, & triumphos tres in urbem
 intulerit, & ex Ianiculo legiones deductæ securæq; sint eius auspicia ac fidē, &
 Aegyptus hoc mense in potestate po. Romani redacta sit, finisq; hoc mēse bel
 lis ciuilibus impositus sit, atq; ob has causas hic mensis huic impio felicissimus
 sit: ac suerit, placere senatu, ut hic mēsis Augustus appelletur. Idem plebiscitum
 factum ob eandem rem, Sex. Pacubio tribuno plebem rogante.

Mēsis Septēber principalē sibi retinet appellationē, ex Germanici appellatiōe.

E Octobrē uero suo noīe Domitianus inuaserat. Sed ubi insaustū uocabulū
 ex omī tēre uel saxo placuit eradi, mēses quoq; usurpatione tyrannicæ appellatiōnis
 exuti sunt. Cautio postea principū cæteror̄ diri ominis insausta uitant
 um, mensibus à Septēbri usq; ad Decembrē prisca noīa referuauit.

F Hæc fuit à Romulo annua ordinata dimēsiō, q̄ (sicut suprā iā diximus) annū
 decē

^{Quintus, Iulius;}
^{qui ante di}
^{eiū fuit quin}
^{tialis.}

^{Sextus, Augu}
^{stus; qui ante}
^{Sextilis.}

^{Septēmer, Se}
^{pember.}

^{Octāber, Octo}
^{ber; cui Novē}
^{ber, Decem-}
^{ber, siue}
^{dunc.}

decem mensium dierum uero quatuor & trecentorum habendum esse consti-
tuit: mensesque ita dispositi, ut quatuor ex his tricenos & singulos, sex uero tri-
centos haberent dies. Sed cum is numerus nec solis cursui, nec lunae rationibus
conueniret, nonnunquam usu ueniebat, ut frigus anni aestiuus mensibus, & co-
trà calor hyemalibus proueniret. Quod ubi contigisset, tantum dierum fine til-
lo mensis nomine pariebantur assumi, quantum ad id anni tempus adduceret,
quo ecclii habitus instanti mensi aptus inueniretur.

De ordinatione anni p Numa, et que causa fuerit intercalatio di, quoq; tpe primū intercalatum sit. Ca. XIII.

Anni divisione p
Numa.

Sed secutus Numa, quantum sub celo rudi & seculo adhuc impolito, so-
lo ingenio magistro comprehendere potuit: uel quia Graecorū obseruati-
one forsitan instrūctus est, quinquaginta dies addidit, ut in trecentos quin-
quaginta quatuor dies, qbus duodecim lunæ cursus confici creditit, annos ex-
tenderetur: atque his quinquaginta à se additis, adiecit alios sex, retractos illis
sex mensibus, qui triginta habebat dies, id est de singulis singulos: factosq; qn
quinquaginta & sex dies, in duos nouos mēses pari ratioē diuisi: ac de duobus pri-
orem Ianuarium nuncupauit, primumq; anni esse uoluit, tāquam bicipitis dei
mensē, respiciētem ac prospicientem transacti anni finem, futuriq; principia.
Secundum dicauit Februō deo, qui lustrationum potens creditur. Lustrari au-
tem eo mense ciuitatē necesse erat, quo statuit, ut iusta dijs manib; soluerent.

Numæ ordinationem finitimi mox secuti, totidem diebus, totidemq; mensi-
bus, ut Pompilio placuit, annū suum computare ceperūt. Sed hoc solo discre-
pabant, qd menses undetricenum, tricenumq;, in numero alternauerūt. Paulo G
post Numa in honorem imparis numeri, secretū hoc & ante Pythagorā paru-
riente natura, unum adiecit diem, quē Ianuario dedit, ut tam in anno q; in mē-
sibus singulis, praeter unum Februariū, impar numerus feruaretur. Nam quia
duodecim menses, si singuli aut pari aut impari numero putarētur, consumma-
tionem parem sacerent: unus pari numero institutus, uniuersam putationē im-
parē fecit. Ianuarius igit, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, De-
cember, undetricenis censebant diebus, & quintanas Nonas habebat. Ac post
Idus in omnibus septēdecim ad Calendas computabant. Martius uero, Maius,
Quintilis, & October, dies tricenos singulos possidebant. Nonæ in his septi-
manæ erāt. Similiterq; post Idus, decē & septē dies in singulis, usq; ad sequen-
tes Calendas computabant. Sed solus Februarius uiginti & octo retinuit dies,
quasi inferis & diminutio & par numerus conueniret.

Intercalatio-
nis causa.

Cum ergo Romani ex hac distributione Pompili, ad lunæ cursum, sicut
Graeci, annū propriū computarēt, necessariò & intercalarem mensem institue-
runt more Graecorū. Nā & Graeci cū animaduerterent, temerē se trecentis qn
quinquaginta quatuor diebus ordinasse annū, qm appareret de solis cursu, qui tre-
centis sexagintaq; diebus & quadrāte zodiacū conficit, deesse anno uno undeci-
decim dies & quadrāte, intercalares statuta ratioē cōmenti sunt: ita ut octauo
q; anno nonaginta dies, ex qbus tres mēses tricenum dierū cōposuerūt, inter-
calaret. Id Graeci secerunt, qm erat opusum atq; difficile, oībus annis undecim
dies & quadrāte intercalare. Itaq; maluerūt hūc numerū octies multiplicare,
& nonaginta dies, qui nascuntur si quadrās cū diebus undecim octies cōponant,
inferere,

inserere, in tres menses (ut diximus) distribuēdos. Hos dies *h̄cāt̄r̄t̄*, menses vero *l̄c̄l̄r̄t̄*, appellabant. Hunc ergo ordinē Romanis quoq; imitari placuit, sed frustra: quippe fugit eos, diem unum (sicut supra admonuimus) additum à se ad Græcum numerū, in honorē imparis numeri. Ea re p̄ ostenniū cōuenire numerus atq; ordo non poterat. Sed nondum hoc errore compito, p̄ octo annos, nonaginta quasi supfundendos Græcor̄ exemplo computabant dies: alternisq; annis binos & uicenos, alternis ternos uicenosq; intercalares expēsabant intercalationibus quatuor. Sed octauo quoq; anno, intercalatores octo affluebant dies ex singulis, q̄bus uertentis anni numerū apud Romanos super Græcum abūdasse iam diximus. Hoc quoq; errore iam cognito, hæc specie emendationis inducta est: Tertio quoq; ostennio ita intercalandos dispensabant dies, ut non nonaginta, sed sexaginta sex intercalarent, cōpensatis uigintiquatuor diebus pro illis, qui per totidem annos supra Græcor̄ numerū creuerant. Om̄i autem intercalationi mensis Februarius deputatus est, quoniam is ultimus anni erat. Qd̄ etiam ipsum de Græcor̄ imitatione faciebant. Nam & illi ultimo anni sui mensi, supfluos interserebant dies; ut resert Glaucippus, qui de sacris Atheniensīi scriptis. Verū una re à Græcis differebant: nam illi confecto ultimo mense, Romani non cōfecto Februario, sed post uigesimaliterū diem intercalabant, terminalibus scilicet iam pacitis. Deinde reliquos Februarij mensis dies, q̄ erant quincq; post intercalationem subiungebant: credo ueterē religionis suā more, ut Februarium omnino Martius sequeretur.

De nundinas -
rua die.
C Sed cum s̄epe eueniret, ut nūdinæ modò in anni principem diem, modò in Nonas caderent (utruncq; autē p̄nicio sum reip. putabatur) remedium quo hoc auertere excoxitatum est. Quod aperiemus, si prius ostenderimus, cur nundi nā uel primis Calēdis, uel Nonis om̄ibus cauebantur. Nam quoties incipiente anno, dies coepit q̄ adiectus est nūdinis, om̄is ille annus infaustis casibus luctuosus fuit, maximeq; Lepidiano tumultu opinio ista firmata est.

D Nonis autē conuentus uniuersæ multitudinis uitandus existimabatur, quoniam po. Romanus, exactis etiam regibus, diem hūc Nonarē maxime celebrabat, quem natalē Ser. Tullij existimabant. Quidia cum incertū esset, q̄ mēse Ser. Tullius natus esset, Nonis tamē natum else cōstaret, om̄es Nonas celebri notitia frequentabāt. Veritos ergo q̄ diebus p̄erant, ne qd̄ nundinis collecta universitas ob regis desideriū nouaret, cauifse, ut Nonē à nundinis segregarent. Vnde dies ille, q̄ abundare annum diximus, eorū est p̄missus arbitrio, qui fastis p̄erant, ut cum uellent intercalaret: dummodo eum in medio terminaliorē, uel mensis intercalaris ita locarent, ut à suspecto die celebritatem auerterent nundinas. Atq; hoc est, qd̄ quidā ueterē retulerunt, non solum mensē apud Romanos, uerum etiam diem intercalarem fuisse.

Quando autē primum intercalatum sit, uarie referunt, & Macer qdem Licinius eius rei origine Romulo assignat. Antias lib. ii. Numā Pompilium sacrō causa id inuenisse cōtendit. Iunius Ser. Tullium regē, primum intercalasse cōmemorat, à q̄ & nundinas institutas Varroni placet. Tuditanus resert lib. iii. magistratum, decēuiros qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse. Cæsius eosdem scribit autores. Flavius id egisse M. consu-

quo tempore
primum inter-
calatum sit.

Iem dicit, ab urbe condita anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox ^B bello Aetolico. Sed hoc arguit Varro, scribendo antiquissimam legem fuisse incisam in columna ærea, à L. Pinatio & Furio consulibus, cui mentio intercalaris ascribitur. Haec de intercalandi principio satis relata sint.

Quem in modum, primum Iulius, deinde Augustus Cesares annum correxerint. Cap. .XIII.

Verè fuit tempus, cum propter superstitionem intercalatio omnis omis-
ta est, nonnunq; uero p; gratiā sacerdotū, q; cum publicanis proferri, uel
imminui cōfultò anni dies uolebat: modò auctio, modò retractio di-
erū proueniebat, & sub specie obseruationis, emergebat maior cōfusionis occa-
sio. Sed postea C. Cæsar oēm hanc inconstantia tempore, uagā adhuc & in-
certā, in ordinē statutæ definitionis coēgit, admittēti sibi M. Faui scriba, q; scri-
ptos dies singulos ita ad dictatorē retulit, ut & ordo eorum inueniri facillime
posset, & inuenito certus status pseueraret. Ergo C. Cæsar exordiū nouae ordi-
nationis initurus, dies om̄es q; confusionē adhuc poterāt facere, cōsumpsit: cāp-
re factū est, ut annus cōfusionis ultimus, in .CCCC.XLIII. dies protenderet.
Post hoc imitatus Aegyptios, solos diuinarij regē om̄ium consciens, ad numerū
solis, q; diebus. CCC.LXV. & quadrante cursum conficit, annū dirigere con-
tendit. Nā sicut lunaris annus mēsis est, q; a luna paulo minus ē mensē in zo-
diaci circuitione cōsumit, ita solis annus hoc dierū numero colligendus est quē
pagit, dum ad id signum se denuo uertit, ex q; digressus est, unde annus uerti-
uocat, & habeat magnus, cū luna annus breuis puteat. Horū Vergilius utru-
Aenid. 3.
q; cōplexus est: Interea magnum sol circumuoluī annū. Hinc Attieus Ca-
pito annum à circuitu tēporis putat dictū, q; a ueteres an, pro circum ponere
solebant, ut Cato in originib. oratore: An terminum. i. circum terminū, & am-
bare pro circumire. Iulius ergo Cæsar. X. dies obseruationi ueteri sugadiecit,
ut annum. CCC. &. LXV. dies, quibus sol lustrat zodiacum, efficeret: Et ne
quadrās deesset, statuit ut quarto quoq; anno, sacerdotes q; curabāt, mensibus
ac diebus unum intercalarent diem: eo scilicet mēse ac loco, quo etiā apud ue-
teres mensis intercalabāt, id est ante qnq; ultimos Februarij mensis dies, idq;
bisextum censuit noiandum. Dies autem. X. quos ab eo additos diximus, hac
ordinatione distribuit: In Ianuariū & Sextilē & Decembrē binos dies in-
seruit. In Aprilem aut, Iunium, Septembrē, Nouembrē, singulos. Sed neq; men-
si Februario addidit diem, ne deo insero religio immutaret: & Martio, Maio,
Quintili, Octobri seruauit pristinū statum, q; satis pleno erāt numero. i. dierū ^H
singulorū tricenorūq;. Ideo & septimanas hñ Nonas, sicut Numa cōstituit, q; a
nihil in his Iulius mutauit. Sed Ianuarius, Sextilis, December, qbus Cæsar bi-
nos dies addidit, licet tricenos singulos habere post Cæsarem coepint, qnianas
tamen hñ Nonas, & ab Idibus illis sequentes Calēdas, in undeuicēsum re-
uertunt: q; Cæsar quos addidit dies, necq; ante Nonas, necq; ante Idus inserere
uoluit, ne Nonarū aut Iduum religionē, q; statuto erat die, nouella cōperendi-
natione corrumperet. Sed nec post Idus mox uoluit inserere, ne feriarum qua-
rumq; uiolareū indicatio. Sed pactis cuiuscq; mēsis ferijs, locum diebus aduenis
fecit. Et Ianuario qdem dies, quos dicimus quartum & tertium Cal. Februari
as dedit: Aprili, tertium Cal. Maias: Iunio, tertium Cal. Iulias: Augusto, quar-
tum &

^A tum & tertium Cal. Septembris: Sep̄tēbri, tertium Cal. Octobris: Nouembri, tertium Cal. Decembris: Decēbri uero, quartum & tertium Cal. Ianuariās. Ita factum est, ut cum om̄es hi menses q̄bus dies addidit, ante hanc ordinationem habuissent mensis sequentis Calendas ad septimumdecimum reuertentes, postea ex augmento additorū dierum, hi qui duos acceperunt, ad nonumdecimum: q̄ uero unum, ad octauumdecimum haberent redditum Calendarū. Feriarū tamen cuiuscq̄ mensis ordo seruatus est. Nam si cui serē tertius ab Idibus dies festus aut feriatus fuit, & cum ad sextumdecimum dicebaſ, etiā post augmentum die rum, eadem religio seruata est, ut tertio ab Idibus die celebraretur: licet ab incremento non iam ad decimumsextum Calendas, sed ad septimumdecimum si unus, ad decimomoctauum si duo sunt additi, diceretur. Nam ideo nouos dies ^B circa finem cuiuscq̄ mensis inseruit, ubi finem om̄ium q̄ in mense erant reperiſſeriarū, adiectosq̄ om̄eis à se dies fastos notauit, ut maiores daret actionibus libertatē, & nō solū nullū nefastū, sed nec comitiale quenq̄ de adiectis diebus instituit, ne ambitionē magistratū augerer adiectio. Sic annum ciuilē Cæſar habitis ad lunā dimēſionibus constitutū, edicto palam posito publicauit.

^C Et hoc usq̄ error stare potuisset, nī sacerdotes sibi errorem nouum ex ipsa emendatione fecissent. Nam cum oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoq̄ anno cōfēcto, antequā quintus inciperet, intercalare: illi quarto non peracto, sed incipiente, intercalabāt. Hic error sex & triginta annis permanens, quibus annis intercalati sunt dies duodecim, cum debuerint intercalari no uem. Sed hunc quoq̄ errorem serō dephenſum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transfigi iussit, ut illi tres dies, qui p̄ annos trīginta & sex uicio sacerdotalis festinationis excruerant, sequentibus annis duodecim nullo die intercalato deuorarentur. Post hoc unum diem, secundū ordinationem Cæſaris, quinto quoq̄ incipiente anno, intercalari iussit, & om̄em hunc ordinem aereæ tabulæ ad æternam custodiam incisione mandauit.

De Calendis, Idibus, ac Nonis.

Cepit

.XV.

^D Tunc Horus: Dies qđem hic (inq̄) intercalaris, anteq̄ quintus annus incipiat inferendus, cum Aegypti matris artium ratione cōſenit. Sed in illorū mensibus explicandis uidetur operosum, q̄s tricenūm diez oēs h̄i, eo q̄ explicitis duodecim mensibus, id est. CCC. L. X. diebus exactis, tunc inter Augustū atq̄ Septēbrem reliq̄ quincq̄ dies anno suo reddūt, adnectentes quarto quoq̄ anno exacto intercalarem, q̄ ex quadrantibus confit. At hic, non à primo in ultimū mēsis diem ad incrementū cōtinū numerus accedit, sed post Calēdas dirigit in Nonas, inde ad quasdam Idus defleſti audio. Post rursus, nī fallor, imò ut nunc quoq̄ retulisti, in sequētes Calendas. Quae om̄ia qđ sibi uelint, scire egdem uellem. Nā illud nec cōsequi posse me spero, ut uocabula comp̄hendam, q̄ singulis apud uos diebus addunē, dum alios fastos, uā r̄ijsq̄ alios noībus nuncupatis. Nundinas quoq̄ ueſtras nescire me fateor, de quibus obſeruatio tam diligens, tam cauta narrāt. Haec nec mihi erubescendū est ignorare pegrino, à te uero Prætextate discere nec ciuē puderet. Tunc Prætextatus: Nō ſolum tibi (inq̄) Horæ, cum ſis Aegypto oriundus, ſed ne nobis qđem q̄bus origo Romana eſt, erubescendū puto querere, qđ quæſitu di h ij gnum

Anni corre-
lio per Augu-
ſtū ſatia.

Proponit Ho-
rus eis de quib⁹
deinceps di-
putabūtur.

gnum omnes ueteres putauerunt. Nam de Cal. Nonis, & Idibus, decimae seriarum uarijs obseruationibus, innumeros autores cura questionis exercuit: & ideo nos quod de his ab omnibus dicta sunt, in unum breuiter colligemus. Romulus cum ingenio acri quodam, sed agresti, statu proprij ordinaret impij, initium cuiuscum menses ex illo sumebat die, quod nouam lunam contigeret uideri. Quia vero non continuo evenit, ut eodem die semper appareat, sed modo tardius modo celerius ex certis causis uideri solet, contigit, ut dum tardius apparuit, precedentibus mensibus plures dies: aut cum celerius, pauciores darentur: & singulis quibus mensibus proponam numeri legem primus casus addixit. Sic factum est, ut alij triginta & unum, alij undetriginta sortirentur dies. Omnibus tamen mensibus ex die Nonarum, Idus nono die representari placuit, & inter Idus ac sequentes Cal. constitutum est, sexdecim dies esse numeros. Ideo menses huberior, duos illos quibus augebantur dies, inter Cal. suas & Nonas habebat. Hinc alijs quatuor a Calendas dies, alijs septimus Nonas facit. Cae-
 sar tamen (ut supra diximus) Itata sacra custodiens, nec in illis mensibus quibus binos adiecit dies, ordinem uoluit mutare Nonarum: quia pactis totius menses seriarum, dies suos rei diuinæ cautus inseruit. Priscis ergo tempibus, anteq[ue] fasti a Cn. Flauio scriba inuitis primis, in omnium notitiâ proderent, pontifici minori haec prouincia delegabat, ut nouæ lunæ primū obleruaret aspectum, uisamque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio a rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex, calata, id est uocata, in Capitoliū plebe, iuxta curiam Calabram, quod casae Romuli proxima est, quod numero dies a Calendas ad Nonas superessent, pronuntiabatur: & quinque annis quidem quinquies dicto uerbo, septimanas repetito septies predicabatur. Verbum autem καληδαὶ Graeci est, id est uoco. Et hunc diem quod ex his diebus quod calarentur primus esset, placuit Calendas uocari. Hinc & ipsi curiae, ad quam uocabantur, Calabri non men datum est, & classi, quod omnis in eam populus uocaretur. Ideo autem minor pontifex numerum dies qui ad Nonas superessent calando prodebat, quod post nouam lunam oportebat Nonarum die populares qui in agris essent confluere in urbem, accepturos causas seriarum a rege sacrorum, sciturosque quod esset eo mense faciendum.
 Nonas.
 Idum porro nomen a Thuscis, apud quos iste dies Itis uocatur, sumptum est. Item autem illi interpretabantur Louis fidutiâ. Nam cum louem accipiamus lucis autorum, unde et Lucetium Salij in carminibus canunt, & Cretenes Διετῶν καλέσον uocant, ipsi quoque Romani Diespitem appellant, ut dies pater, iure hic dies Louis fidutiâ uocatur, cuius lux cum solis occidit non finitur, sed splendorem diei & noctis continuat, illustrat luna, quod semper in plenilunio, id est medio mense, fieri solet. Diem uero, quod uel nocturnis caret tenebris, Louis fidutiâ Thusco nomine uocauerunt: unde & omnes Idus Louis ferias obseruantur sicut antiquas. Alij putant Idus, quod ea die plena luna uideatur, a uidendo uidus appellatas, mox lumen uideat. Sicut contra, quod Graeci νύχι dunt, nos uero addita, uidere dicimus. Non nullis placet, Idus dictas uocabulo Graeco & Καληδαὶ, quod eo die plenam speciem luna demonstrat. Sunt quod existimant Idus ab oue iduli dictas, quam hoc nomine uocant Thusci, & omnibus Idibus ouis immola-

A molat à flamine. Nobis illa ratio nōis uero propior existimatur, ut Idus uoce-
mus diem q̄ diuidit mensem. Iduare em̄ Hetrusca lingua diuidere est: unde ui-
dua quasi ualde idua, id est ualde diuisa: aut uidua, id est à uiro diuisa.

Vt autē Idus omnes Loui, ita omes Calendas lunoni tributas, & Varronis Calendulas
ni sacre. & pōnificalis confirmat autoritas. Qd etiā Laurentes patrijs religionibus ser-
uant, q̄ & cognomen deae ex ceremonijs addiderunt, Calendarē lunonem uo-
cantes. Sed & omib⁹ Calendis à mense Martio ad Decēbrem huic deae Ca-
lendar⁹ die supplicat. Romæ quoq; Cal. oīnibus, p̄terq; pontis sex minor, in cu-
ria Calabra rem diuinā lunoni facit. Etiā regina sacrorum, id est regis uxor, por-
cam uel agnā in regia lunoni immolat, à qua etiā Janum lunoniu cognoiatum
diximus, q̄ illi deo omnis ingressus, huic deae cuncti Calendar⁹ dies uidentur
B ascripti. Cum em̄ initia mēsium maiōres nostri ab exortu lunæ seruauerint, lu-
re lunoni Calendas addixerunt: nam ac lunonem eandem putantes, uel quia
luna p̄ aērem meat, unde & Graci lunā et p̄tū nuncupauerunt, quasi et p̄tū,
q̄ aēra secat, Iuno autem aēris arbitra est, merito initia mensium, id est Calen-
das huic deae consecrauerunt. Nec hoc p̄termiserim, q̄ nuptijs copulandis
Calendas, Nonas, & Idus religiosas, id est deuitandas, censuerunt. Hi em̄ dies
præter Nonas seriatim sunt, serijs autem uim euicq; sieri piaculare est. Ideo tūc ui-
tan⁹ nuptiæ, in qbus fieri uis uirginibus uidetur. Sed Verrium Flaccum iuris
pontificij peritissimum, dicere solitum resert Varro, quia serijs tergere ueteres
fossas licet, nouas facere ius non est, ideo magis uiduis q̄ uirginibus idone
as esse serias ad nubendum. Subiicit aliquis: Cur ergo Nonis si seriatim di-
es non est, prohibetur celebritas nuptiarum? Huius quoq; rel in aperto causa
est. Nam quia primus nuptiar⁹ dies uerecundiae datur, postridie autem nuptiā
in domo uiri dominium incipere oportet adipisci, et rem facere diuinam: omes
aut̄ postriduani dies, seu post Calendas seu post Nonas Idus' ue, ex æquo atri
sunt. Ideo & Nonas inhabiles nuptijs esse dixerunt, ne nupta, aut postera die li-
bertatē auspicaret uxoriā, aut atro immolare, quo nefas est sacra celebrari.

Quæ discrimina diuerstatiq; fuerint dierum apud Romanos. Caput .XVI.

Sed q̄a nos ad cōmemorationem dier⁹ ordo deduxit, de hoc quoq; quod Dierū discr-
Hori nři cōsultatio continet, pauca dicenda sunt. Numa ut in menses mine.
Sannū, ita in dies mensē quenq; distribuit: diesq; oēs aut festos, aut pro Dies festi.
D festos, aut intercīlos uocauit. Festi dijs dicati sunt. Profestī hominibus ob admi-
nistrandā rem priuatā publicamq; cōcessi. Intercīli deore hoīmī communē
sunt. Festis insunt sacrificia, epulæ, ludi, seriae. Profestis, fasti, comitiales, cōperē
dini, statī, pliares. Intercīli, in se, nō in alia diuidūtur. Illor⁹ em̄ dier⁹ quibusdā
horis fas est, qbusdam fas non est ius dicere. Nā cūm hostia cæditur, sari nefas
est: intercaſa & porrecta, sari licet: rursus, cūm adoleſ, non licet Ergo de di-
uisione festor⁹ & profestor⁹ dier⁹ latius differendum est. Sacra celebritas est,
uel cūm sacrificia dijs offeruntur, uel cūm dies diuinis epulationibus celebra-
tur, uel cūm ludi in honorem aguntur deor⁹, uel cūm seriae obseruantur. Fe-
riar⁹ autem publicar⁹ ḡna sunt quatuor. Aut em̄ statuare sunt, aut conceptiuæ,
aut imperatiuæ, aut nundinæ. Et sunt statuare uniuersi populi communes, cer-
tis & constitutis diebus ac mensibus, & in fastis, statis obseruationibus anno-

tate, in qibus præcipue seruantur agonalia, carmentalia, luper calia. Concep*B*
uæ sunt, q̄ quotannis à magistratibus uel fæderotibus concipiunt, in dies, uel
certos, uel etiā incertos: ut sunt Latinæ, Paganalia, Sementinae, Cōpitalia. Im
peratiua sunt, quas cōsules uel p̄tores pro arbitrio potestatis indicunt. Nun
dinæ sunt paganorū, id est rusticorū, qibus conueniunt negotijs, p̄ prijs uel mer
cibus prouisuri. Sunt p̄torea seriae proprie familiæ, ut Claudiæ familiae, uel
Aemyliae, seu luliae, siue Corneliae: & si quas serias proprias quæc familia ex
usu domesticæ celebratit obseruat. Sunt singulorū, ut nataliū, fulgurē, fusce
ptiones. Item funera arq̄ expiationum. Apud ueteres quoq̄ si noīasset Salutē,
Semoniam, Seiam, Segetiā, Tutilianā serias obseruabat. Itē Flaminica, quori
es tonitrua audisset, seriatia erat, donec placasset deos. Affirmabant aut̄ sacerdo
tes pollui serias, si indictis cōceptisq̄ opus aliquod fieret. Præterea regem sa
crore flaminesq̄ non licebat uidere seris opus fieri: & ideo per p̄conem denū
tiabant, ne qd tale ageret, & p̄cepti negligens multabatur. Præter multā uero
affirmabant eum q̄ talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum
dare debere, prudentē expiare nō posse. Scœuola pōtis asseuerabat. Sed Vm
bro negat ē pollutū, q̄ opus uel ad deos pertinens, factorum' ue causa fecisset, uel
aliquid ad urgentem uitæ utilitatem respicens actinasset. Scœuola deniq̄ cons
ultus qd seris agi liceret, respondit, qd prætermissum noceret. Quapropter si
bos in sp̄cu decidisset, eumq̄ paters familias adhibitus operis liberasset, nō est
uisus serias polluisse: nec ille q̄ trahem testi fractā fulciendo ab imminentि uin
dicauit ruina. Vnde & Maro om̄ium disciplinarū peritus, sciens lauari ouem,
aut lanæ purgandæ, aut scabiei curādæ gratia, pronuntiavit tunc ouem q̄ scri
as licere mersari, si hoc remedij causa fieret: Balantumq̄ gregē fluuiο mersare
salubri. Adiicioendo enī salubri, ostendit auerēdi mobi gratia tantūmodo, nō
etiā ob lucrum purgandæ lanæ causa fieri, cōcessum. Hæc de fastis & q̄ inde
nascentur, q̄ etiam nefasti uocantur. Nunc de profestis, & qui ex his procedūt lo
quamur, id est fastis, comitialesibus, cōperendinis, statis, pliaribus. Fasti sunt,
quibus licet fasti p̄iori tria uerba solennia: do, dico, addico. His contrarij sunt ne
fasti. Comitiales sunt, qibus cum populo agi licet. Et fastis quidē lege agi po
test, cum populo non potest, comitiali bus utruncq̄ potest. Cōperendini, qibus
uadimoniū licet dicere. Stati, q̄ iudicij causa cum pegrino instituunt, ut Plau
tus in Curculione: Status cōdictus cum hoste, intercellit dies. Hostem nūc mo
re ueterē significat pegrinum. Praeliares ab iustis non segregauerim: siquidē n
iusti sunt cōtinui triginta dies, quibus exercitui imperato, uexillū rufi coloris
in arce positū est. Praeliares autē om̄es, quibus fas est res repetere, uel hostē la
cessere. Nam cum Latia, hoc est Latinarū solenne concipiē, item diebus Satur
naliarū: sed & cum mundus patet, nela est p̄lium sumere. Quare nec Latinarū
tempore, q̄ publice quōdam inducitæ inter Romanum po. Latinosq̄ firmatae
sunt, inchoari bellū decebat: nec Saturni festo, q̄ sine ullo tumultu belllico credi
tur imperasse: nec patente mundo, qd sacrum Diti patri & Proserpinae dica
tum est, meliusq̄ occulsa Plutonis fauce, eundum ad p̄lium putauerunt. Vnde
& Varro ita scribit: Mundus cum patet, deorum tristium arq̄ inférū quasi
ianua patet, propriae nō modo prælium committi, uerum etiam delectum rei

Georgico. L.

Profestī dies.

milita-

A militaris causa habere, ac militē proficisci, nauē soluere, uxorem liberūm quærendorū causa ducere, religiosum est. Vitabāt ueteres ad uiros uocādos etiam dies, q̄ essent notati rebus aduersis. Vitabant etiā serīs, sicut Varro in augurū libris scriptis in hæc uerba: Viros uocare serīs non oportet: si uocauit, piaculū esto. Sciendum est tū, eligendi ad pugnandū diem Romanis tunc fuisse licentiā, si ipsi inserrēt bellum: at cum excipent, nullum obstiſſe diem, q̄ minus uel salutē suam, uel publicā defenserent dignitatem. Quis enī obseruationi locus, cum eligendi facultas non supsit: Dies aut̄ postriduanos ad omnia maiores nostri cauēdos putarunt, q̄s etiam atros, uelut infausta appellatione, dānarunt. Eosdem tū nonnulli communes, uelut ad emēdationem nominis uocitauerūt. Horū causam Gellius annalium libro. xv. & Cassius Hemina historiarū libro scđo referunt: Anno ab urbe condita CCC.LXIII. à tribunis militum Virgilio Manlio, Eolio Posthumio, collegisq̄ eorū, in senatu tractatū, quid esset, propter qđ toties inter paucos annos male esset afflicta resp. & ex p̄cepto patrum L. Aqñium aruspicem in senatu uenire iussum religionum requirendarū gratia, dixisse, Q. Sulpitium tribunum militum ad Alliā aduersum Gallos pugnatūr, rem diuinam dimicādi gratia fecisse postridie Idus Quintilis. Item apud Cremeram, multisq̄ alijs temporibus & locis, post sacrificium die postero celebratum, male cessile cōflictum. Tunc patres iussisse, ut ad collegium pontifilium de his religionibus referret: pōificesq̄ statuisse, postridie omes Calēdas, Nonas, Idus, atros dies habendos: ut hi dies neque pliāres, nec puri, nec comitiales essent. Sed & Fabius Maximus Seruilianus pontifex in libro. xii. negat oportere atro die parentare. q̄a tunc quoq̄ Ianum louemq̄ prefari necesse est, quos nominari atro die non oportet. Ante diem quoq̄ quartum Calendas uel Nonas uel Idus, tanquam inominalem diem pliāres uitant. Eius obseruationis an religio ulla sit tradita, queri solet. Sed nos nihil super ea re scriptū inuenimus, nisi quod Q. Claudius annalium quinto, cladem illam uastissimā pugnæ Cannenfis, factam refert ante diem quartum Nonas Sextilis. Ad rem sane militarem nihil attinere nota: Varro, utrum fastus uel nefastus dies sit, sed ad solas hoc actiones respicere priuatas.

Eadē serī Gellius libro. 5. ca. 17

B scđo referunt: Anno ab urbe condita CCC.LXIII. à tribunis militum Virgilio Manlio, Eolio Posthumio, collegisq̄ eorū, in senatu tractatū, quid esset, propter qđ toties inter paucos annos male esset afflicta resp. & ex p̄cepto patrum L. Aqñium aruspicem in senatu uenire iussum religionum requirendarū gratia, dixisse, Q. Sulpitium tribunum militum ad Alliā aduersum Gallos pugnatūr, rem diuinam dimicādi gratia fecisse postridie Idus Quintilis. Item apud Cremeram, multisq̄ alijs temporibus & locis, post sacrificium die postero celebratum, male cessile cōflictum. Tunc patres iussisse, ut ad collegium pontifilium de his religionibus referret: pōificesq̄ statuisse, postridie omes Calēdas, Nonas, Idus, atros dies habendos: ut hi dies neque pliāres, nec puri, nec comitiales essent. Sed & Fabius Maximus Seruilianus pontifex in libro. xii. negat oportere atro die parentare. q̄a tunc quoq̄ Ianum louemq̄ prefari necesse est, quos nominari atro die non oportet. Ante diem quoq̄ quartum Calendas uel Nonas uel Idus, tanquam inominalem diem pliāres uitant. Eius obseruationis an religio ulla sit tradita, queri solet. Sed nos nihil super ea re scriptū inuenimus, nisi quod Q. Claudius annalium quinto, cladem illam uastissimā pugnæ Cannenfis, factam refert ante diem quartum Nonas Sextilis. Ad rem sane militarem nihil attinere nota: Varro, utrum fastus uel nefastus dies sit, sed ad solas hoc actiones respicere priuatas.

*Gellius col. 75
loc. 10*

C D Qd autē nundinas serias dixi, potest argui, q̄a Titus de serīs scribens, nun nūdinē an se dinarū dies nō inter serias retulit, sed tū solennes uocauit. Et qđ Iulius Modestus affirmat, Messala augure cōsulente pōifices, an nundinas Romanarū Nonarumq̄ dies serīs tenerent, r̄ndisse eos, nundinas sibi serias non uideri. Et qđ Trebatius in lib. i. religionum ait, nundinis magistratū posse manumittere, iudiciaq̄ adiūcere. Sed cōtrā, Iulius Cæsar. xvi. auspicioꝝ libro, negat nundinis concionē aduocari posse, id est cum populo agi: ideoq̄ nūdinis Romanorum haberi comitia nō posse. Cornelius etiā Labeo. i. fastorū libro, nūdinis serias es se pronūiat. Causam yō huius uarietatis apud Graniū Licinianū lib. ii. diligens lector inueniet. Ait enī, nundinas Iouis serias esse, siquidem flaminica omnibus nundinis in regia Ioui arletem soleat immolare. Sed lege Hortensia effectum, ut fastae essent, uti rustici qui nundinandi causa in urbem ueniebant, lites cōponerent. Nefasto enī die prætori fari non licebat. Ergo qui serias dicūt, à mendacio uindican̄ patrocinio uctusstat̄: qui contrā sc̄ntiū, æstimatu æta

h iiii tis,

Nundinarum
origo.

tis, quæ legē secuta est, uera deponunt. Hæc originem quidem Romulo assignat, quem cōmunicato regno cum T. Tatio, sacrificijs & sodalitatibus institutis, nundinas quoq; adieciſſe cōmemorant, sicut Tuditanus affirmat. Sed Caſſius Ser. Tullium feciſſe nundinas dicit, ut in urbem ex agris conuenirent, urbanas ruficasq; res ordinaturi. Geminus ait, diē nundinari exactis iam regib; coſipile celebrari: q; pleriq; de plebe repetita Ser. Tullij memoria, parē tarent ei nundinis. Cui rei etiā Varro consentit. Rutilius scribit, Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: nono autem die, intermisso rure, ad mercatum legesq; accipiendas Romanam ueniret, & ut scita atq; cōſulta frequentiore populo referrentur, q; trinundino die proposita, à ſingulis atq; uniuersis faciliē noſcebanſ. Vnde etiam moſ tractus, ut leges trinundino die promulgarent. Ea re etiam cādidiſis uſus fuit in comitium nundinis uenire, & in colle coniſtere, unde corām poſſent ab uniuersis uideri. Sed hæc om̄ia negligentius haberi cepta, & poſt abolita, poſtq; in trinundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adielle cooperunt. Eſt etiam Nundi na Romanorū dea, à nono die naſcentium nuncupata qui luſtricus dicitur. Eſt autem luſtricus dies, quo infantes luſtrantur, & nomen accipiunt. Sed is mari bus nonus, octauus eſt ſeminoris.

Plene (ut arbitror) anni ac mensū cōſtitutione digeſta, habet Horus quoq; noſter, qđ de diez uocabulis & obſeruatione cōſuluit. Et ſcire eqdem uelim, nunq; lit qđ argutus Niligena, & gentis accola numeroꝝ potentis, ex hoc or dine Romanæ diſpēlationis irrideat: an Thuscum quoq; Tiberim aliquid ex disciplinis ſuis hauiſſe cōſentiat. Subiecit Eustachius: Non ſolū Horus noſter grauiſ ūr & ornatus, ſed nec quicq; aliud (ut extimo) iam futilis poſſet eſſe iudicij, q; Romani anni ſic ad ungue, ut aiunt, emendatū ordinē nō probaret, cui maiorē gratiā & tenax memoria & luculentā oſo referentiſ adiecit: Nec mirū ſi haec digerier morſum rephenſionis euafit, cui accerſita ē ab Aegyptio poſtre mae correctionis autoritas. Nā Iulius Cæfar, ut ſidez motus, de qbus nō indo ctos libros reliq; ab Aegyptijs disciplinis hauiſit, ita hoc qđ ex eadē iuſtituōne mutuatus eſt, ut ad ſolis curſum finiendi anni tēpus extenderet. Latij yō ueteres incolæ, q; nihil iam tum diſcere ab Aegypto licebat, ad quam nullus illis commeatus patebat, moř Græciæ in numerādiſ mensū diebus ſecuti ſunt: ut retrouerſum cedente numero, ab augmēto in diſminutōne computatiō reſoluta defineret. Ita eīn nos decimum diem, deiñ nonū, & poſtea octauū dicimus, ut Atheniensis Ἀκάριος η̄ ἡμέρα φεγγοργία μένε, η̄ δ' ισαμένο, qđ aliud niſi illū φεγγοργία dicit, cuius pau latim deficiētiſ ſupputatio in nomē definiſ ſecuturi: & iſā μενον illum, qui pcedit numerq; ſuccellurus priori in defectū meanti. Qđ & Homeruſ noſter Mantu anus intelligens, illud ſtare dici, ad quod accedit, ait: Stat ſua cuiq; dies. extreum diem ſtare dicens, quaſi ad quē per om̄es eatur. Idem poēta doctrina ac uerecundia iuxta nobilis, ſciens Romanos ueteres ad lunæ curſum, & ſequentes ad ſolis anni tēpora digeſiſſe, utriuſq; ſeculi opinioni reverentiam ſeruans: Vos ō clarissima mūdi Lumina, inquit, labente cœlo que ducitſ annum, Li ber & alma Ceres, tam lunam q; ſolem duces anni hac in uocatione deſignans.

Omnes

Nundina Ro-
manorū dea.

Ancid. 10.

A Omnes deos referri ad solem. Et quod ex uarijs Apollini ostendatur nominibus, ipsum
eundem esse deum quem solem dicimus. Caput .XVII.

- H**ic Auienus: Hoc egdem mecum multum ac frequenter agitauit, qd sit q
solem modo Apollinē, modo Liberg, modo sub alias appellacionum
uarietate ueneremur. Et quia sacerōtē omnium praeulem esse te Vecti
Prætextate diuina uoluerunt, perge quādo rationē mihi tantæ sub uno numi-
ne in nominibus diuersitatis aperire. Tum Vectius: Cae extimes mi Aui-
ene, poētare gregem cum deis fabulanē, nō ab adytis plerūq; philosophice
semina mutuari. Nam q̄ om̄es penē deos duntaxat q̄ sub coelo sunt, ad solē re
ferunt, non uana supstitione, sed ratio diuina commendat. Si enī sol (ut ueteribus
placuit) dux & moderator ē reliqrum luminū, & solus stellis errantibus præ-
stat: ipsa uero stellarum cursus, ordinem reū humanarū, ut qbusdam uidet,
pro potestate disponunt, uel (ut Plotino cōstat placuisse) significant: necesse est,
ut solem q̄ moderatur nostra moderantes, om̄ium quæ circa nos geruntur, fa-
teamur autorē. Et sicut Maro cum de una lunone diceret, Quo numine laeso,
oñdit unius dei effectus uarios pro uarijs censendos esse numinibus: ita diuer-
se uirtutes solis, nomina diis dederunt. unde ἦν τὸ πόρπ sapientū principes prodi-
derunt. Virtutē igitur solis quæ diuinationi curationiq; p̄ceſt, Apollinē uo-
cauerunt. Quæ sermonis autor est, Mercurij nomen accepit. Nam quia sermo
interptatur cogitationes latentes, ἐγένετο τὸ πόμπηση propria appellatione uo-
catus ē. Virtus solis q̄ fructibus effectus eiusdē est q̄ frugibus p̄ceſt. & hinc
natæ sunt appellations deorū, sicut cæterorū qui ad solem certa & arcana rati-
one referuntur. Et ne tanto secreto nuda p̄ceſte assertio, autoritates ueteris de
singulis consulamus. Apollinis nomen multiplici interpretatione ad solem re-
fertur, cuius rei ordinem pergam pandere: Plato solem & πόλλα cognominatū
scribit, ἀπὸ τὸ πόλλα τὰς ἀστέρας, id est à factu radiorum. Chrysippus Apollinem
& αὐτὴν πάλιν οὐχ φύλασσεν διπλῶς τὸ πότερον. primam enim nominis literam retine-
re significationem negandi, ἔτι μόνον θεί, οὐχὶ πάλιν. Nam & latinitas eum, q̄a
tantam claritatem solus obtinuit, sole uocavit. Speusippus, q̄ ex multis igni-
bus conſtet uis eius, ἔτι πάλιν πάστις τὸ πότερον. Cleanthes & ἄλλοι
τὰς ἀστέρας πατέμαντο, q̄ ab alijs atq; alijs locorum declinationibus faciat or-
tus. Cornificius arbitratur Apollinem nominatum & πάλιν, id est q̄a in-
tra circuitum mundi, quem Graci πόλλου appellant, impetu latu ad ortus reſer-
tur. Alij cognominatum Apollinem putat ἔτι ἀπολλάστα τὰς ζώα. Exanimat enim
& perimit animantes, cum pestem intemperie caloris immittit, ut Euripides in
Phaētōe: οὐχινοφυγγαῖται, μ' ἀπόλλασσε, θέρος ἢ ἀπόλλασσε λαφυδεῖσθαι βροτός. Idem
Archilochus: τὸν τελλαμ νῆσον στρεψενούσιν οὐδὲ σφαῖς οὐλαὶ ταῦτα δόλλαντα.
Deniq; inustos morbo ἀπόλλωνάντων οὐλαὶ βλάστησεν appellat. Et quia similes sunt
solis effectibus effectus lunæ, in iuuādo nocendoq; ideo foeminas certis asti-
ctas morbis στρεψαντας οὐλαὶ ασθενεῖς uocant. Hinc ē q̄ arcu & sagittis Apol-
linis simulacra decorauit, ut per sagittas intelligant uis emissā radiorum. Vnde
Homerus ἵππος ἀπόλλων βέλος οὐλαὶ τελλαὶ τελλαὶ. Idē autor est & publicæ
sospitatis, quā creditur sol animantibus p̄ſtare temperie. Sed q̄a perpetuam
p̄ſtat salubritatē & pestilens ab ipso casus rarer est, ideo Apollinis simulacra

deos qui
sub coelo sunt,
referri ad so-
lem.

Apollinē cum
dē et q̄ sol est.

Apollo unde
diffus.

 le q̄ anguillæ. Et utraq̄ ex illo loco, Græce πλευρα uocant, latine flutæ, quod
 in summo supernatæ, sole torrefactæ curuare se posse & in aquam mergere de-
 sinunt, atq̄ ita faciles capti fiunt. Et si enumerare uelim, q̄ multi magniç au-
 tores murenas è freto Siculo nobilitarint, lōgum fiet. Sed dicam quid M. Var-
 ro in libro qui inscribitur Gallus, de murenis dixerit his uerbis: In Sicilia quo
 que (inquit) manu capi murenas flutas, q̄ haec in summa aqua præ pinguitudi-
 ne fluitent: Haec Varro. Sed quis neget indomitam apud illos & (ut ait Cœcilius)
 uallatā gulam fuisse, qui ex tam longinquō mari instrumēta luxuriae com-

Pi. li. 9. c. 17. pararent: Nec rarus hic Romæ pīscis, ut pegre accitus erat. Autor est Plinius, E
 & Vero de
renūfica li. 3. C. Caesarē dictatoř cum triūphales coenas populo daret, sex mīlia muregnarū
 cap. 17. à C. Hirio ad pōdus accepisse. Huius Hirij uillā, q̄uis non amplā aut latā, con-
 stat propter uiuaria q̄ habuit, quadragies festertium uenundatā.

De acipenser, mullo, sacro, lupo.

Capit . XVI.

NEc acipenser, q̄ē maria prodigis nutriūt, illius seculi delicias euasit. Et ut
 liqueat scđo Punico bello celebre nomē huius pīscis fuisse, accipite ut me
 minorit eius Plautus in fabula, q̄ inscribit Baccharia, ex pīsona paralit:
 Quis est mortalis tanta fortuna affectus unquam,
 Quām ego nunc sum, cuius haec uentri portatur pompa?
 Vel nunc qui mihi in mari acipenser latuit antehac,
 Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus & manib⁹.

Et ne uilior sit testis poëta, accipite assertore Cicerone, in quo honore fuerit
 hic pīscis apud P. Scipionem Africanum illum & Numantinum. Haec sunt in
 dialogo de fato uerba Ciceronis: Nam cum esset apud se ad Lauernium Sci-
 pio unaq̄ Pontius, allatus est sorte Scipioni acipenser, qui admodum raro capi-
 tur. Sed est pīscis (ut ferunt) in primis nobilis. Cum autē Scipio unum & al-
 rum ex his, qui eum salutatum uenerant, inuitasset, plures q̄ etiam inuitatus
 uideretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, uide quid agas, acipenser iste pau-
 corum hominum est. Nec insicias eo, temporibus Traiani hunc pīscem in ma-

Pi. II. 9. c. 17. gno pretio nō fuisse, teste Plinio Secundo, qui in naturali historia, cum de hoc
 pīscie loqueretur, sic ait: Nullo nūc in honore est, quod quidē miror, cum sit rā-
 grus inuentu. Sed nec diu stetit haec parsimonia. Nam temporibus Seueri prin-
 cipis, qui ostentabat duritiam moꝝ, Sammonicus Serenus uir ut eo seculo do-
 ctus, cum ad principem suum scriberet, saceret q̄b de hoc pīscie sermonem, yba
 Plinij quā fugijs posui, præmisit, & ita subiecit: Plinii (ut scitis) ad usq̄ Tra-
 iani imperatoris uenit xatem. Nec dubiū est, quod ait nullo honore hunc pī-
 scem tēporibus suis fuisse, uerum ab eo dici. Apud antiquos autē in pretio fu-
 isse, ego testimonijs palam faciam, uel eo magis, qđ gratiam eius video ad epu-
 las quasi postliminio redisse. Quippe qui dignatione uestra cum intersum con-
 uilio sacro, animaduerto hunc pīscem à coronatis ministris cum tibicine intro-
 ferri. Sed quod ait Plinius de acipenseris squamis, id uerum esse maximus re-
 rum naturalium indagator Nigidius Figulus ostēdit, in cuius libro de anima-
 libus quarto ita positum est: Cur alijs pīsces squama secunda, acipenser aduersa
 sit: Haec Sammonicus, qui turpitudinem conuiuij principis sui laudādo notat,
 prodens uenerationem qua pīscis habebatur, ut à coronatis inferretur cum ti-
 bicinis cantu, quasi quadam nō deliciarum, sed numinis pompa. Sed ut mi-
 nus miremur acipenserem graui pretio taxari solitum, Asinius Celer uir con-
 sularis (ut idem Sammonicus resert) nullum unum septem milibus nummūm
 mercatus est. In qua re luxuriam illius seculi eo magis licet aestimare, quod Pli-
 nius Secundus temporibus suis negat facile nullum repertum, qui duas pon-
 do libras excederet. At nunc et maioris ponderis passim uiderimus, & p̄tia haec
 insana nescimus. Nec cōtentā illa ingluuius fuit maris, sui copijs. Nam Octa-
 uius praefectus classis, sciens scarum adeo Italicis littoribus ignotum, ut nec no-
 men Lat⁹

Mellus.

Libr. 9. c. 17.

Scarus.

men Latinum eius pisces habeamus, incredibilem scarorū multitudinem in uarijs nauibus huc aduectam inter Hostiam & Campaniæ littus in mare sparsit: miroq; ac nouo exēplo pisces in mari tanq; in terra fruges aliquas seminavit. Idemq; tanq; summa in hoc utilitatis publicæ uertere, quinquennio dedit operam, ut si quis inter alios pisces scarorū forte cepisset, in columnā confestim & in uolutu mari redderet. Quid stupemus captiuā illius seculi gulam seruisse marī, cum in magno uel dicā maximo apud prodigos honore uerit etiam Tiberi Lupi, nus lupus, & omnino omnes ex hoc amne pisces, quod equidē cur illis ita uisum sit ignoro. Fuisse autē etiā M. Varro oñdit, qui enumerans quae in quibus Italie partibus optima ad uitū dignantur, pīscī Tiberino palmā tribuit his uerbis in libro reorū humanarū. XI. Ad uitū optima fert, ager Cāpanus frumentum, Falernus uinum, Cassinas oleū, Thusculanus ficum, mel Tarētinus, pīscē B Tiberis: Hæc Varro de omnibus scilicet huius fluminis pīscibus. Sed inter eos ut suprā dixi præcipū locum lupus tenuit, & quidem is, qui inter duos potes captus esset. id oñdunt cum multi alij, tum etiā C. Titius uir ætatis Lucilianæ in oratione qua legem Fannīa suauit, cuius uerba ideo pono, quia non solū de lupo inter duos potes capto erunt testimonio: sed etiam mores, quibus pleriq; tunc uiuebant, facile publicabunt. Describens enī homines prodigos in forum ad iudicandū ebrios cōmeantes, quæcūq; solcant inter se sermocinari, sic ait: Lidunt alea, studiose unguentis delibuti, scortis stipati. Vbi horæ. X. sunt, iubent pueros vocari, ut comitiū eat percontatū: qd in foro gestum sit, qui suauferint, qui diffusaverint, qd tribus iussuerint, qd ueteruerint. Inde ad comitiū uadunt, ne litē luā C faciant. Dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam nō impleant, quippe qui uelicā plenā uini habēat. Veniunt in comitiū tristes, iubent dicere. Quorū negotium est, narrat. Iudex testes poscit. Ipsius it miſcum. Vbi redit, ait se omnia audiuisse. Tabulas poscit. Lēgas inspicit. Vix præ uino sustinet palpebras. Eunti in cōsilium, ibi hæc oratio: Quid mihi negotij est cum istis nugatoribus potius, qd poramus mulsum mistum uino græco, edimus turdū pingue, bonumq; pilcem, lupum germanum, qui inter duos pontes captus fuit: Hæc Titius. Sed & Lucilius acer & uiolentus poëta, ostendit scire se hunc pīscem egregij saporis, qui inter duos pontes captus esset, eumq; quasi liguritorem catillonem appellat, scilicet qui proxime ripas stercus infectaretur. Proprie autem catillones dicebantur, qui ad pollūctum Herculis ultimi cum uenirent, catillos liguribāt.

D Luciliū uersus hi sunt:

Fingere præterea afferri quod quisq; uolebat,
Illum sumina ducebant, atq; altulum lanx,
Hunc pontes Tiberinos duo inter captus catillo.

De legibus latiis contra luxuriam ueterum Romanorum. Capitula XVII.

L Ongum fiat si enumerare uelim, qd instrumēta gula: inter illos uel ingēnū excogitata sint, uel studio confecta. Et haec nimirū causē fuerunt, propter quas tot numero leges de cœnis & sumptibus ad populū serebantur: & imperari coepit, ut patentibus ianuis pranstaret & coenitaret. Sic oculis ciuium testibus factis, luxuriæ modus fieret. Prima autē omnium de cœnis lex ad populū Orchia puenit. Quā tulit C. Orchius tribunus plebis de se-

natus senectia, tertio anno q̄ Cato cōsor fuerat. Cuius uerba(q̄a plixa sunt) p̄r̄⁵
 tereo. Summa autē eius p̄scribebat numerz coniuiaz. Et hæc ē lex Orchia, de
 qua Cato mox orōnibus suis uociserabat: q̄ plures, q̄ p̄scriptio eius caueba
 tur, tum ad cœnā uocarent. Cumq̄ autorē nouæ legis aucta necessitas im-
 ploraret, post annum. XXII. legis Orchia, Fannia lex lata ē, anno post Romā
 conditā, scdm Gellij opinionem. D.LXXXVIII. De hac lege Sāmonicus Se-
 renus ita rescribit: Lex Fannia sanctissimā Augusti ingenti om̄niū ordinū con-
 sensu puenit ad populum. Neceam p̄tores aut tribuni, ut plerasq; alias, sed ex
 om̄ni bonoz cōsilio & senectia, ipsi consules p̄tulere, cūm resp. ex luxuria conui-
 uiore maiora q̄ credi potest detrimenta patere. Sigdem eō res redierat, ut gu-
 la illecti pleriq; ingenui pueri, pudicitia & libertatem suam uenditarent: pleri-
 que ex plebe Ro. uino madidi in comitium uenirent, & ebrij de reip. salute cō-
 fulerent: Hæc Sāmonicus. Fanniae legis seuerias in eo supabar Orchia legē, q̄
 in supiore numerus tñmodo cœnantiū cohibebar, licet q̄ scdm cā unicuiq;
 bona sua inter paucos cōsumere. Fannia autē & sumptibus modū fecit affibus
 centū. Vñ à Lucilio poëta festivitatis sue more cētuſis uocat. Fanniae legē
 post annos decē & octo lex Didia cōsecuta est. Eius seruūdæ duplex fuit caula:
 Prima & potissima, ut uniuersa Italia, non sola urbs, lege sumptuaria tenere,
 Italī astimantibus Fanniae legē, non in se, sed in solos urbanos ciues esse con-
 scriptam. Deīn, ut nō soli q̄ prandia cœnas ue maiore sumptu secissent, sed etiā
 qui ad eas uocati essent, atq; om̄niō interfuisserint, pecnis legis tenerent. Post
 Didiam Licinia lex lata est à P. L̄icinio Crasso diuite. Cuius seruūdæ proban^G
 dæq; tantū studiū ab optimatibus impensum est, ut cōsilio senatus iuberetur,
 ut ea tñmodo promulgata priusq; trinundino cōfirmaretur, ita ab om̄niū ob-
 seruare, quālī iam populi senectia cōprobata. Lex uero hæc paucis mutatis in
 pleriq; cum Fannia cōgruit. In ea em̄ serenda quæsita est nouæ legis autoritas,
 exolecente metu legis antigoris, ita Hercules, ut de ip̄s. XII. tabulis factū est:
 quāz ubi contemni antīgatas copir, eadē illa q̄ illis legib; caueban̄, in alia la-
 torē nomina transferunt. Sed legis Liciniæ summa, ut Calendis, Nonis, nundi-
 nis Romanis, cuiq; in dies singulos. XXX. duntaxat asses edundi causa cōsu-
 mere licet. Cæteris uero diebus, qui excepti non essent, ne amplius apponere
 tur, q̄ carnis aride pōdo tria, & fallamentoz pōdo libra, qđ ex terra, uite, ar-
 bore ue natū sit. Video qđ remordeat. Ergo indicū sobrij seculi est, ubi tali
 p̄scriptio legum coērceat expensa cœnar. Nō ita est. Nam leges sumptuariae à H
 singulis sereban̄, qui totius ciuitatis uitia corrigerent. At nisi pessimis effusissi
 miscq; moribus uiueret, prosector opus seruandis legib; non fuisset. Vetus uer-
 bum est: Leges (ing) bonæ ex malis moribus procreant. Has sequitur lex
 Cornelias, & ipsa sumptuaria, quam tulit Cornelius Sylla dictator: in qua non
 coniuiorū magnificientia prohibita est, nec gulae modus factus, uerū minora
 pretia rebus imposita. & quibus rebus dīj boni, q̄p̄ exq;slitis & penē incogni-
 tis gñib; deliciarū? Quos illic p̄fices, quasq; offulas nominat. Et tamen pretia
 illis minorā cōstituit, ausim dicere, ut uilitas eduliu, animos hominū ad parau-
 das opsoniorū copias incitarer: & gulæ seruire, etiam qui paruis essent facultati-
 bus, possent. Dicam plane qđ sentio: Apprimē luxuriosus mihi uide& & prodī-
 gus, cui

A gus, cui hæc tanta in epulis uel gratuita ponant. Itaq; tanto hoc seculū ad oēm incōtinentiā promptius, ut plerac; ear; terz; quæ Syllana lege, ut uulgo nota, comprehendunt, nemo nostrū uel sando cōpererit. Sylla mortuo, Lepidus cōsul legū tulit & ipse cibariā. Cato enim sumptuarias leges cibarias appellat. *Lex à Lepido latr.*

Dehinc paucis interiectis annis, alia lex puenit ad populum, serenie Antio Restione: quam legē, q̄uis esset optima, obſtinatio tamē luxuriæ, & uitiorum firma cōcordia, nullo abrogante irritā fecit. Illud tamen memorabile de Restione latore ipsius legis fertur, eum q̄ad uixit, foris postea non recensasse, ne testis fieret coniēptæ legis, quam ipse bono publico p̄tulisset. His legibus an numerarē edictū de sumptibus ab Antonio propositum, q̄ p̄st triumuir fuit, ni indignū crederē inter cohidentes sumpus Antonio locum sacere: cuius expensæ in coenā solite cōferrī, sola unionis à Cleopatra uxore cōsumpti aestimatione suparet sunt. Nam cum Antonius q̄equid mari, aut terra, aut etiā celo gñneretur, ad satiandā ingluuiem suam natum existimans, faucibus ac dentibus suis subderet: eaq; re captus, de Romano imperio facere uellei Aegyptium regnum: Cleopatra uxor, quæ uinci à Romanis nec luxuria dignare, sponsione prouocauit, infumere le posse in unam coenā festertium cēties. Id Antonio mirum uisum, nec moratus, sponsione cōtendit, dignus culina Numatio Plancus, q̄ tam honesti certaminis arbiter electus est. Altera die Cleopatra p̄tentā Antoniū, pollucibile sane coenā parauit, sed quam non mirarei Antonius, q̄ippe q̄ omnia quæ apponeban, ex quidianiis opibus agnoscere. Tunc regina arridēs, phialā poposcit, cui acetū nōnihil acris infudi, atq; illic unionē dempiū ex aure altera festinabūa demisit: eumq; mature dissolutū, uti natura est eius lapidis, absorbit: Et q̄uis eo facto sponſione uicisset, quippe cū ipsa margarita centies festertium sine cōtentione euauisset, manū m̄ & ad alterius unionis aurem similiiter admouit, nīl Numatius Plācius iudex severissimus supatum Antoniū mature pronuntiasset. Ipse autē unio cuius magnitudinis fuerit, inde col ligi poterit, q̄ qui supuit postea uicta regina & capta Aegypto, Romā delatus, discessusq; est, & factæ ex una margarita dux, impositæq; simulacro Veneris, ut montruose magnitudinis, in templo quod Pantheum dicitur.

De nucum generibus.

Caput XVIII.

D **A** Dhuc dicēte Furio, sc̄dæ mēsæ illata bellaria nouo sermoni principiū dederūt. Symmachus enī duas attrēctas manu nuces, uellei (ingr) ex te audire Serui, tanta nucibus noīa q̄ causa uel origo uariauerit, aut unde tot mala cū hac una appellatione uocitent, fiant tū seorsum diuersa tā uocabulo q̄ sapore. Ac prius de nucibus absoluas uolo, q̄ tibi memoria crebræ lectio nis occurrit. Et Seruius: Nux ista iuglans sc̄dm nonnullorū opinionē à iuuando, & à glāde dicta existimat. C. Bassus yō in libro de significatione yōorum hoc refert: iuglās arbor dicta m̄ est, pindē ac Iouis glans. Nam id arboris genus nuces habet, q̄ sunt suauiore sapore q̄ glans est. Hunc fructū antiqui illi, q̄ egregiū glandiūq; simile, ipsamq; arborē deo dignā existimabant, Iouis glandē appellauerunt, q̄ nunc Iris interlisis iuglans noīatur. Cloatus autē Verrius in libro à Græcis tractorū ita memorat: iuglās quasi dijuglans, id est dīōs bāl. ḡnos, sicut Theophrastus ait. Hanc Græci etiam basilicam uocant. *Iuglans.*

I v Nux *Basilicæ.*

Nux auellana
sive prænestina

Nux hæc auellana seu prænestina, q̄ est eadē, ex arbore est q̄ corylus dicit, de qua Vergilius dixit: *Corylum sere.* Est autē natio hoīm iuxta agrā Prænestinum, q̄ Carsitani uocant ēt̄ nū n̄ n̄. Cuius rei meminit Varro in Logistori co, q̄ inscribit, Marius de fortuna: *Inde scilicet prænestinæ nuces.* Est & illud apud Nævium in fabula Ariolo: *Quis heri apud te Prænestini & Lanuuini hospites suapte utroq̄ decuit acceptos cibo, alteris inanē bullā madidā dari, al teris nuces in proclivi profundere.* Hanc autē nucē Græci Ponitā uocant, dū unaquæq̄ natio indit huic nuci nomē ex loco, in q̄ nascit copiosior.

Nux castanea

Nux castanea de qua Vergilius, *Castaneasq̄ nuces, uocat & heracleotica.* Nā uir doctus Oppius in libro quē fecit de sylvestribus arboribus sic ait: *He racleotica hæc nux, quam qdām castanē nominant, itemq̄ Pōtica, atq̄ etiam quæ dicunt basilicæ iuglandes, germina atq̄ flores agunt similiter ijsdem tem poribus qbus Græca nuces.*

Nux grecia.

Nunc dicēdum est q̄ si Græca nux, ac simul hoc dicens, amygdalā de lance tulit & oñdit, nux græca hæc est, quæ & amygdala dicitur. Sed & Thalia eadem nux uocatur. Testis est Cloatus in ordinatoꝝ Græcor̄ libro. IIII. cum sic ait: *Nux græca amygdala. Acca yō in suppli*

Mollusca nux catione: *Nucem græcam, ait, fauumq̄ adde quantum liber.* Nucem molluscā licet hyemis nobis tēpus inuidet, n̄ quia de nucibus loqm̄ur, indictā nō relinq̄mus. Plautus in Calceolo sic eius meminit: *Mollusca nucē super eius dixit impendere tegulas.* Ecce Plautus nominat qdām, sed q̄ si mollusca nux, nō exprimit. Est autē perficū qdā uulgo uocatur, & mollusca nux dicitur, scilicet q̄ cæteris om̄ibus nucibus mollior sit. Huius rei idoneus assertor est Suevius uir lōge doctissimus, in edilio qdā inscribit moretum. Nā cum loqtur de hor tulano faciente moretum, inter cætera q̄ eō mittit, & hoc pomum mihi ait his uerbis: *Admisce tu Acca basilicis hæc, nux partim, Partim perfica.* qdā nomen sic deniq̄ fertur. Propterea q̄ qui quandam cum rege Ponti, nomine Alexander Magno sera prælia bello In Persas retulere suo, pōst inde reuentū Hoc genus arboris i prælati finibus Graijs Differuerere, nouos fructus mortalibus dantes: Mollusca hæc nux est, ne quis fortiē incisus erret.

Nux Tarētina

ne.

De qua in libro Faborini sic reperitur: Itemq̄ quidam Tarentinas oues uel nuces dicunt, quæ sunt terētinæ à Tereno, quod est Sabinor̄ lingua molle. Vnde Terentius quoq̄ dictos putat Varro ad Libonem primo. Quam in culpam etiā Horatius potest uideri incidere, qui ait: *Et molle Tarentum.*

Nux pinea.

De qua Faborini sic reperitur: Qui ē nuce nucleos esse uult, frangat nucem.

De generibus malorum & pīorum. Capit .XIX.

Nuces et mala -
la quo dicit.

ET quia mala uidemus admista bellarijs, post nuces de malorum generi bus differendū est. Sunt de agricultura scriptores, qui nuces & mala sic diuidunt, ut nuces dicant omne pomum, quod foris duro tegatur, & in tuis habeat quod elui est: *Malum uero, quod foris habeat quod ē elui, & durū intus includat.* Scdm̄ hanc definitionem perficū, qdā Suevius poēta superiorius inter nuces numerat, magis erit inter mala numerandū. His p̄missis, malorum enumeranda sunt genera, quæ Cloatus ordinatoꝝ Græcor̄ libro qua to ita di-

A to ita diligenter enumerat: Sunt autē ḡna malor̄, armenium, cotonium, citrū, couimellum, condituum, l̄m̄vū, musteum, martianum, orbiculatum, ogranum, praecox, pannuceum, punicum, psicum, qrianum, prosium, rubrum, scādianum, syluestre, sirutum, tibur, uerianum. Vides psicum à Cloatio inter ma la numeratum, qđ nomen originis suæ tenuit, licet iam dudum n̄ri soli germen sit. Qđ autē ait idē Cloatus, citreum, & ipsum psicum malum est, scđm Vergi lium: f̄elicis mali q̄ nō p̄stantius ullum. & reliqua. Et ut nemo dubitet h̄c de citreo dixisse Vergiliū, accipite q̄ Oppius in libr. de sylvestribus arboribus dicat: Citrea item malus & psica, altera generat in Italia, & in Media altera. Et paulo p̄st de citreo loquens, ait: Est autē odoratissimum, ex quo interiectū ue sti, tineas necat. Fertur autem uenenis cōtrarium, qđ tritum cum uino purgati one uirium suar̄ bibentes seruat. Ḡnuntur aut̄ in Perside om̄i tpe mala citrea. Alia em̄ p̄cārpunt, alia interim maturescunt. Vides hic & citreum noſari, et om̄ia signa ponit, q̄ de eo Vergilius dixit, licet nomē citrei ille nō dixerit. Nam et Homerū q̄ citreum l̄op appellat, oñdit eē odoratū pomū l̄ov̄ & r̄ x̄l̄p̄ ū d̄w̄d̄. Et quod ait Oppius inter ueſtē ponit citreum, idē significat & Homerū cū di cit ūx̄ta. Hinc & Nauius poēta in bello punico ait oitrosam ueſtē.

B Pirā h̄c q̄ uidemus, uarietas noīm numerosa discernit. Nam idē Cloatus Pirorum ge neta. sic eorū uocabula describit: Antianū, cucurbitinū, cirtū, ceruſca, calculosum, crustumniū, decimanū, græculū, lollianū, lanuinū, laureū, lateresianū, marapi um, mileū, myrtēū, næuiānū, orbiculatū, præcianū, rubile, signinum, tullianū, titianū, turrinianū, timosum, præcox, uolemiū, mespiliū ſerz, ſementinum ſerz, ſextilianum ſerz, tarentinum ſerz, ualerianum ſerz.

C De ſicutum ac olearum uarietate, generibus. Capit. XX.

D A monēt nos & fici aride, ut enumeremus ḡna ſicor̄: eodem Cloatio nos de his, ut de alijs, instruēte. Sic em̄ diuerſas ſicus diligētiae ſuę mo re dinumerat: Africa, albula, harundinea, alſinaſtra, atra, paluſca, augu ſta, bifera, carica, caldica, alba, nigra, calphurniana, chia, cucurbitina, duricoria herculanea, lauiana, ludia, leptoludia, marsica, numidica, pulla, pōpeiana, p̄cox, tellana, atra. Sciendū q̄ ſicus alba ex felicibus fit arboribus: cōtrā, nigra ex infelicibus. Docēt nos utruncq̄ p̄tisces. Ait em̄ Veranius de ybis ponitſcali bus: Felices arboreſ putanē eſſe, querCUS, aſculus, ilex, t̄ ſupus, fagus, corylus, ſorbus, ſicus alba, pirus, malus, uitis, prunus, cornus, lotus. Tarquinius autem Priscus in ostentario arborario ſic ait: Arbores q̄ in ſerū deore, auertentiūq̄ in tuela ſunt, eas infelices noiant. Alternū ſanguinē felicem, ſicum atra, queq̄ baccā nigra, nigroſc̄p ſuctus ferū, itemq̄ acrifoliū, p̄iz syluaticū, t̄ pruſcū, rubum, ſenteſc̄p, q̄bus portēta prodigiaq̄p mala cōburi iubere oportet. Quid qđ ſicū tanq̄ nō pomū ſecerni à pomis apud idoneos regimus? Afranius in Selia: Pomū, holus, ſicum, uuā. Sed & Cicero exconomicō lib. III. Nec ſerit uitem, neq̄ ū ſata eſt diligenter colit: oleum, ſicus, poma, non habet. Nec hoc ignorā dum eſt, ſicum ſolam ex om̄ibus arboribus non florere. t̄ Lacte proprie ſicor̄ Al. lacte. dicif. Grossi appellantur ſici, q̄ non matureſcunt, hos Græci dicunt ὀνήδοτε. M. Attilius: In milibus tot ſicorum non uidebitis grossum. Et paulo p̄st ait: Su mas ab alio lacte diſſiuſos grossos. Et Poſthumius Albinus annali primo de Bruto:

de Bruto: Ea causa se se stultū brutūq; faciebat, grossulos ex melle edebat.

Olearū gene. Olearū genera hæc enumerant: Africana, albigerus, Aquilia, Alexadrina, Aegyptia, culminea, cōditiva, Liciniana, Orchas, oleaster, pausia, Paulia, radi-
Veneris gene us, Salentina, Sergiana, termutia. Sicut uuarum ista sunt gñā: Aminea, scili-
-cet à regione, nam Aminei fuerunt, ubi nunc Falernum est: alinusca, atrusca, al-
buierus, albena, apiana, apicia, bumāmia, aut (ut Graeci dicūt) ~~εσμαθός~~, duraci-
na, labrusca, melampithia, maronia, marcotis, numentana, præcia, prannia, psi-
thia, pilliolata, rhodia, stephanitis, uenuncula, variola, lagea. Inter hæc Præ-
textatus, Vellē Seruium nřm diutius audire, sed hora nos getis admonet, ut ex
orto iubare eloqui Symmachi domi suæ fruamur. atq; ita facta discessio est.

IN LIBRVM QUARTVM.

Quemadmodum libro precedenti pontificij iuris expeditissimum fuisse Vergiliū Prætextatus ostendit, ita hoc lib-
tro quantum in rhetorica idem poeta fuerit, demōstrat Enificius. Verum quod pars horum fruatur ab interitu est: quan-
do & principiū & finis, cum alijs tam multis desiderantur, ut uix extam libri buius partem superesse sit verisimile.
Utinam uero, aut casu, aut studiorum industria aliquando contingat, ut hec si non omnibus modis, alia certe ex
parte integratæ sive restituantur. Id quod iam demum fieri licuerit, sicuti forte emendatius aliqued ex pulvrenulis
istuc bibliothecis cruentu exemplar. Alioquin, aut ego plane despicio, aut fieri possit.

MACROBII AVRELII

THEODOSEI VIRI CONSULARIS ET ILLV

ſtris Saturnaliorum liber quartus.

De affectu mouendo ex habitu persone. Capit .I.

Pathos ex ha-
bitu.

Ec magis incepio vultum sermōe mouē, Quām
si dura filex, aut stet Marpesia cautes. Tandē cor
ripuit se, atq; inimica refugit. Item pathos est &
in hoc uersu, Obstupui, stet eruntq; comæ, et uox
faucibus hæsit. Sed & tota Daretis fatigatio habi-
tu depingitur: Ast illum lidi æquales genua ægra
trahētem, Quassantemq; utroq; caput, crassumq;
cruorem Ore eiectantem. Sociorum quoq; eius
trepidationem breuiter ostendit, Galeam' que en-
semq; vocati Accipiunt, quasi non sponte acceperit munus, quod erat damnū
uerecundiae. Ex eodem gñē est illud: Totoq; loquentis ab ore Scintillæ abi-
stunt, oculis micat acribus ignis. Est & in descriptione läguoris habitus, ut est
tota descriptio pestilētiae apud Thucydidem. Et, Labitur infelix studiore atq;
immemor herba Victor equus. & Demissæ aures, incertus ibidem Sudor, et
ille quidem moriturus frigidus. Est inter pathe & pudor, ut circa Deiphobum
pauitantem, & dira tegentem Supplicia. Et luctus habitu prodiit, ut in Eu-
ryali matre, Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa, Euolat infelix. Et Latinus
quia miratur, Defixa obtutu tenet ora. Et Venus quia rogatura est, Tristior et
lachrymis oculos suffusa nitentes. Et Sibylla quia insanit, Subito nō uultus, nō
color unus, Non comptata mansere comæ.

Pathos tenore ipso orationis quomodo exprimatur. Capit .II.

Nūc ui

De oratione
pathetica.

Nunc uideamus pathos quo tenore orationis exprimitur. Ac primum quæramus qd de tali oratione rhetorica arte p̄cipitur. Oportet em̄ ut oratio pathetica, aut ad indignationē, aut ad misericordiam dirigatur, quæ à Græcis ἐπηρεά οὐκονε appellatur. Horum altere accusatori necesse rium est, altere reo. Et necesse est initium abruptū habeat, qm̄ satis indignantibus leniter incipere non cōuenit. Ideo apud Vergilium Iuno sic incipit: Quid me alta silentia cogis Rūpere? Et alibi. Mē ne incepto deflisterem uictam? Et alibi: Heu stirpē inuisam & satis cōtraria nostris Fata Phrygūr; & Dido, Moriemur inuitas? Sed moriamur ait. Et eadē, Pr̄ò luppiter ibi Hic ait. & Priamus, At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis. Nec initū solum tale esse debet, sed om̄is, si sicer potest, ōo pathetica, & breuibus sententijs & crebris figuraꝝ mutationibus debet, uelut inter aestus iracundiae, fluctuare. Vna ergo nobis Vergiliana ōo pro exēplo sit: Heu stirpem inuisam. Initium ab ecphonesi. Deinde sequuntur breues interrogatiūculi: Num Sigeis occumbere campis? Num capti potuere capi? num incensa creauit Troia uiros? Deinde sequit hypbole: Medias acies, mediosq; per ignes Inuenere uiam. Deinde ironia: At credo mea numina tandem Fessa facit: odijus haud exaturata quieui. Deīn ausus suos inefficaces queritur, Per undas Ausa sequi, & profugis toto me opponere pon to. Secūda post hæc hyperbole: Absumpta in Teucros uires coeliq; mariscq;. Inde disp̄sa querelæ: Quid syrtes aut scylla mihi, quid uasta charybdis Profuit: lungitur inde argumētum à minore, ut pathos augeat: Mars perdere gentē Immanē Lapithū ualuit. Minor scilicet persona. ideo illud sequitur: At ego magna louis coniuux. Deīn cum causas quoq; contulisset, quanto impetu dea dixit: Inselix quæ memet in omnia uerti? Nec dixit, nō possum perdere Aeneam, sed, uincor ab Aenea. Deinde conifrat se ad nocendum: & quod propri um est irascientis, et si desperet perfici posse, tamen impedire contenta est; Electere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus.
At licet amborum populos excindere regum.

Post hæc in nouissimo, qd irati libēter faciunt, maledicunt: Sanguine Troiano & Rutulo dotabere uirgo. Et p̄tinus argumentum à simili cōueniens ex p̄cedend bus: Nec face tm̄ Cyllaeis p̄gnans ignes enixa iugales. Vides q̄ sapientia ōonem mutauerit, ac frequētibus figuris uariauerit: gāira q̄ breuis furor ē, non potest unū cōtinuare sensum in loquēdo. Nec desunt apud eundē ōones misericordiā cōmouētes. Turnus ad luturnā: An miseri fratri letū ut crudele uideres? Et idē cū auget inuidiā occisor, p̄ se amicor, Vidi oculos ante ipse meos me uoce uocantē Muranū. Et idē cum miserabilē fortunā suā faceret, ut uicto sibi parcere, Viciſti, et uictū ūdere palmas Ausoniū uidere. Idē: Quos minime uellem. Et alioꝝ p̄ces orantiū uitā, Per te, q̄ te talē genuere paretes. & similia.

Pathos ab ætate, a fortuna, debilitate, loco, tempore. Capit .III.

Pathos ab
ætate.

Nunc dicamus de habitu pathus, qd est uel in ætate, uel in debilitate, et cæteris q̄ sequuntur. Elegāter hoc seruauit, ut ex om̄i ætate pathos misericordiae moueret. Ab infantia: Infantumq; animæ flentes in limine primo.

Exemplū ora
tionis patheti
ca ex. 7. and.

primo. A pueritia: Infelix puer atq; impar congressus Achilli. Et, Paruumq; s
patri tendebat lulum. Ut non minus miserabile sit periculum in paruo, q; in fi
lio. Et, Superest cōiunctio ne Cresa: Ascaniusq; puer. Et alibi: Et parui calus lu
li. A iuventa yō: Impositioq; rogis iuvenes ante ora parētum, Pubentesq; ge
nrae, iuuenili in corpore pallor. A senecta: Dauni miserere senectæ. &, Ducit
infelix aeuo consecutus Aletes. &, Caniciem multo deformat puluere. Mo
uit & à fortuna modò misericordia, modò indignationem. Misericordia: Tot
quondam populis terrisq; supbum Regnatorem Asiae. & Sinon, Et nos aliqd
nomenq; decusq; Gessimus. &, Ausonijsq; olim ditissimus aruis. Indignatio
nem uero ex uerbis Didonis: Et nostris illuserit aduena regnis. Eleganter em
ex coniuptu Aenea auget iniuriam suam. & Amata, Exilibus ne datur ducē
da Lavinia Teucris. & Numanus: Bis capti Phryges. Mouit pathos mis
ericordiae & ex debilitate: Ex quo me diuū pater atq; hominū rex Fulminis af
flauit uētis, & cōtigit igni. & alibi: Et trūcas inhonesto uulnere nares, et de Me
zentio: Attollit in agrū Se semur. &, Huc caput atq; illuc humero ex utroq;
pepedit. &, Te decisā suum Laridæ dextera querit. et, Acerq; cruento Puluere
perq; pedes traiectus lora tumentes. Mouit pathos misericordiae frequenter
& à loco: Cum uitia in sylvis inter deserta serag; Lustra domoscq; traho. &, Li
byæ deserta pagro. &, At nos hinc aliq; sidentes ibimus Afros, Pars Scythiam,
& rapidū Cretæ ueniemus Oaxem. & illud egregie & breuiter: Ter circū lli
acos raptauerat Hectora muros. Iliacos, id est patriæ muros, q; ipse defende
rat, pro qbus efficaciter q; decem annosq; spatiu pugnauerat. & illud, Nos patri
am fugimus. &, Littora cum patriæ lachrymās portusq; relinquo. &, Dulces a
moriens reminiscit Argos. &, Ignar; Laurens habet ora Mimata, Lyrnesi do
mus alta solo Laurente sepulchrū. Et ut Agamemnonē indigne ostenderet occi
sum, afflumpsit locū: Prima inter limina dextra Oppetit. & illud, Monibus in
patrijs atq; inter tutu domos. Sacer uero locus p̄cipue pathos mouet. Oc
cīsum inducit Orpheus, & miserabiliorē interitum eius à loco facit: Inter sacra
deūm, nocturniq; orgia Bacchi. & in euerstione Troiæ, Perq; domos & reli
gioſa deorū Limina. Cassandrae quoq; raptum uel diminutionem q; miserabi
lem facit sacer locus. Ecce trahebat à templo adytisq; Mineruæ. & alibi, Diuæ
armipotentis ad arā Procurbuit. Et Andromache, cum de Pyrrhi nece diceret,
ut inuidiam occidētis expimeret: Excipit incautū, patriasq; obturuncat ad aras.
Et Venus q; Aeneas in mari uexaretur ira Iunonis, q; inuidiose queritur Ne
piuno de loco: In regnis hoc ausa tuis? Fecit sibi pathos sāpe et ex tempore:
Prūsq; Pabula gustassent Troiæ Xāthumq; bibissent. Et Orpheus mis
erabilis ex longo dolore, Septē illum totos ghibent ex ordine mēses. & Palinu
rus, Vix lumine quarto Prospexi Italiam. et Achimenes, Tertia iam lunæ se
cornua lumine complēt. &, Septima post Troiæ excidium iam uertitur æstas.

Pathos à causa, modo, & materia. Capit .III.

Frequens apud illum pathos à causa. Reuera enim plerūq; efficit cau
sa, ut res aut atrox, aut miserabilis uideatur. ut Cicero in Verrē: Qui ob
sepulturam in carcere necatorum à parentibus rogarbatur. Hoc enim
non tam rogari, aut pecuniam exigere, quam ob hanc causam indignum erat.
Et De

A fortune.

A debilitate.

A loco.

At tempore.

A Et Demosthenes cum querit quendā inuidia circumuētum, ex causa auget inuidiā. Circumuenit, inquit, arbitri, qui inter me atq; se integre iudicauerat. Ergo et Vergilius egregie saepe ex hoc loco traxit affectū. Occidit, inquit, in acie Galesus. Hoc per se non est dignum misericordia belli tempore, sed admouit causam. Dum paci medium se offert. Idem alio loco, Sternitur infelix. Deinde subiicit causam miserabilē. Alieno uulnere, id est cum in aliū telū esset emissum. Et cum Palamedē indigne occisum uellet, Quē falsa sub proditione Pelasgi Insontē infando indicio, quia bella uetabat, Demisere neci. Et Aeneas ut oī deret magnitudinem timoris sui, bene causam posuit. Et pariter comitiq; one-riq; timentē. Quid lapix ut cōtempnis cæteris artificijs inglorius (quemadmodum poeta ait) uiueret, qualis causa proponit? Ille ut depositi proferret fata parentis. Ex eodem gñē est, Fallit te incautum pietas tua. Hæc em̄ causa illum hostibus etiam sic miserabilem fecit. Sed Aeneas cum hortatur ut sepeliantur occisi, quam causam proponit? Qui sanguine nobis Hanc patriam peperere suo. Necnon & indignatio demonstratur à causa, ut illic: Multa gemens, ignominiā am plagaſq; superbi Victoris, tum quos amisit insultus amores. Et illud à causa est ex effectu indignantis, An solos tangit Atridas Iste dolor, solisq; licet cæpare arma Mycenis? Et illud, At tu dictis Albane maneres. Et illa omnia: Vē dedit hic auro patriam, Quiq; ob adulterium cæsi, Nec partem posuere suis.

Ad pathos mouendū nec duos illos prætermisit locos, q̄s rhetores appellat *A modo.* à modo & à materia. Modus est cum dico, occidit manifeste uel occulte: Materia ē cum dico, ferro uel ueneno. Demosthenes de modo inuidiā Midiae facit, se pulsatū cothurno: Cicero Verri, cum nudū quendā dicit ab eo statuū impo sitū. Vergilius nō minus euidenter, Altaria ad ipsa trementē Traxit, & in multo lapante sanguine nati. Et, Capulo tenus abdidit ensem. Et illa omnia à modo sunt, Rostroq; immanis uultur adunco Immortale iecur tōdens, & reliqua. Et, Quos super atra silex iamiam lapsura cadenti Imminet assimilis. Sed & miseri cordiam à modo siue commouet, ut de Orpheo: Latos iuuenem sparsere per agros. Et illud, Obruit austera aqua inuoluens nauemq; uirosq;. Et, Saxum in gens uoluunt alij. Et, Mortuus quinetiam iungebat corpora uiuis. Et in Georgicis: Nec uia mortis erat simplex. & cætera in descriptione morbi. Sed & *A materia.* materia apud rhetores pathos mouet, ut dum queritur Cicero flammarum ex lignis uiridibus factam, atq; ibi inclusum sumo necatum. Hoc enim à materia est, quoniam hic usus r̄st sumo materia ad occidēdum, ut alias gladio, alias ueneno. & ideo acerrimum pathos ex hoc motum est. Idem facit & cū flagellis cæsum queritur ciuem Romanum. Inuenies idem apud Vergilium, At pater omnipotens densa inter nubila telum Contorsit, non ille faces nec summa cædis, & reliqua. Eleganter autem illius quidem materia elusit, ex huius autem uera & uehementi materia expressit iracundiam. Et singula quidem enumerauimus, ex quibus apud rhetores pathos nascitur, quibus ostendimus usum Marone. Sed nonnunq; Vergilius in una re ad augēdum pathos duobus aut pluribus locis coniunctis uti, ut in Turno ab ætate: Miserere parentis Longæui. A loco: Quem nunc mœstem patrū Ardea longe Diuidit. Et circa Callan dram ex modo, Ecce trahebaſ. Ex habitu corporis, Passis Priameia uirgo Cribibus. Ex

nibus. Ex loco: A tēplo adytisq; Mineruæ. Et circa Agamemnonem à patria, E
Ipse Mycenæus. A fortuna, Magnoq; ductor Achiuū. A necessitudine, Cō
iugis infandū. A loco, Prima intra limina dextra. Tacite q̄c p̄ definiti
onem pathos mouere solet, cum res q̄ miserationem mouet, nō dilucide dicit,
sed datur intelligi, ut cum Mezentius dicit: Nunc alte uulnus adactum. Quid
enī aliud ex hoc intelligendū est, q̄ hoc altum uulnus esse amittere filium? Et
rursus idē: Hæc uia sola fuit qua pdere posses. Sed hic scilicet accipiendum est
perire, esse amittere filium. Et luturna cum querit, q̄ adiuuare fratrem prohi
beat, Immortalis ego. Quid enī segetur: non est immortalitas in luctu uiuere.
Hæc ut dixi uim definitionis hñi, & à poëta eleganter introducta sunt.

Pathos a simili.

Caput .V.

Pathos ab ex-
emplio. **S**Vnt & in arte rhetorica ad pathos mouēdum etiā hi loci, q̄ dicunt circa F
rem, et mouendis affectibus popportuni sunt. Ex q̄bus primus est à simili.
Huius species sunt tres, exemplum, parabola, imago: Græce ηγάθημα,
Ab exemplo, Vergilius: Si potuit manes accersere coniugis Or
pheus Threicicia fretus cithara fidibusq; canoris, Si fratrē Pollux alterna mor
te redemit. Quid Theseus: magnum Quid memorem Alcidem. Antenor potu
it medijs elapfus Achiuus. Hæc enī omnia misericordiam mouēt, qm̄ indignum
uideſ negari sibi, qđ alijſ induultum eſt. Deīn uide unde auget inuidiam: Si po
tuīt manes accersere cōiugis Orpheus. Habes causam disparem: manes illic cō
iugis, hic patris: illic accersere, hic uidere. Threicicia fretus cithara. Hic misericor
diam eius irrisit. Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Itq; reditq; uiam to
tiens, Hoc iam à modo: Plus eſt enī ſaſe ire q̄ semel. Quid Theseus: magnum G
Quid memorem Alcidem. Hic propter egregias pſonas nō habuit qđ minue
ret, uel qđ augeret: uerū quod in illis elucebat, hoc sibi iactat cum ijs eſſe cōmu
ne: Et mi genus ab Ioue summo. Simile eſt & illud ab indignatione: Quid enim
(ait Juno) Pallas' ne exurere classem Argiuū: Iam hoc plus eſt, classem uictri
cem, q̄ reliqas fugientiū. Deīn causam minutit: Vnius ob noxam et furias Aia
cis Oilei. Quām minutit, ut noxam diceret, qđ leuis culpa nomē eſt: & unius,
q̄ facile possit ignosci: & furentis, ut nec culpa sit. Et alibi: Mars pdere gentem
Immanē Lapithū ualuit. Vides easdē obſeruatiōes, gentē & immanē. Deīn
aliud exemplū: Cōcessit in iras Ipſe deūm antiquā genitor Calydonia Diana. Antiquā, ut plus honoris accederet ex ueritate. Deīn in utroq; causam minu
it: Qđ ſcelus aut Lapiſis tm̄ aut Calydone merēt. Parabola uero qm̄ ma
gis hoc poëtē cōuenit, ſcipiſſime pathos mouit: cū aut miserabilē, aut iracundū H
uellet inducere. Miserabilē ſic: Qualis populea mcrēs philomela ſub umbra.
Qualis cōmotis excita ſacrī Thyas. Qualē uirgineo demefſum pollice florē.
Et aliae plurimæ patheticae parabolæ, in quibus miseratione eſt. Quid de ira: Ac
ueluti plenus lupus infidiatus ouili, Dū fremit ad caulas. Et, Mugitus uelut fu
git cum fauicus arā Taurus. Et alia plura ſimilia q̄ querit inueniet. Et ima
go, q̄ eſt à ſimili pars tertia, idonea eſt mouendis affectibus. Ea fit, cum aut for
ma corporis absentis describit, aut omīno q̄ nulla eſt ſingitur. Vtruncq; Vergi
lius elegāter fecit. Illud prius circa Alcaniū: O mihi ſola mei ſup Astyanactis
imago, ſic oculos, ſic ille manus, ſic ora ſerebat. Fingit yō cū dicit: quā fama ſe
cuia eſt,

A parabola.

Ab imagine.

^A cuta est, Candida succinctam latrantibus inguina monstris. Sed prior forma
dignitatis praestat, hæc *Aniōnū*, id est prior, misericordiam commouet, horrorem se-
cunda. Sicut alibi: Et scilla gaudens uadit discordia palla, Quam cōsanguineo
sequitur Bellona flagello. Et omnia illa qua de forma dixit. Sed illud nimium
patheticè: Furor impius intus Sæua sedens super arma, & centum uincitus ahe-
nis Post tergum nodis fremit horridus ore cruento.

Pathos à maiori & minori.

Capit .VI.

D iximus à simili, nunc dicamus à minore pathos à poëta positiū. Nem-
pe cum aliquid proponitur, qđ per se magnum sit, dein de minus esse
ostendit qđ illud qđ uolumus augeri, sine dubio infinita miseratio mo-
uet. Ut ē illud: O felix una ante alias Priameia uirgo Hostilē ad tumulū Tro-
^B iæ sub mœnibus altis Iussa mori. Primum, qđ ait felix, cōparationem sui fecit:
deinde posuit à loco, Hostilē ad tumulū. Et a modo, qđ non minus acerbū est,
Iussa mori. Sic ergo haec accipienda sunt, qđ suis hostilē ad tumulū, qđ suis iussa
mori, felicior tñ qđ ego, qđ sortitus nō pertulit ullos. Simile est & illud: O terqđ
quaterqđ beati. Et qđ de Pasiphæa dicit, Proctides implerunt falsis mugitibus
agros. Dein, ut minus hoc esse mōstrareret. At non tā turpes pecudū tñ ulla secula
est Cōcubitus. Quid illud? nōnne uehemēter patheticū ē à minore? Nec ua-
tes Helenus, cū multa horrēda moneret, hos mihi p̄dixit luctus, nō dira Celæ-
no. Quid hic intelligimus, nisi oīa qđ passus erat minora illis uisa, qđ p̄pis morte?

A maiore negauerunt qđam rem augeri posse. Sed eleganter hoc circa Di-
donē Vergili. induxit: Non aliter qđ si immissis ruat hostibus om̄is Carthago,
^C aut antiqua Tyrus. Dixit em̄ non minorē luctū fuisse ex unius morte, qđ si tota
urbs, qđ sine dubio esset maius, ruisset. Et Homerus idē fecit. Est apud ora-
tores & ille locus idoneus ad pathos mouendum, qđ dicitur, præter spem. Hūc
Verg. frequēter exercuit: Nos tua progenies coeli quibus annuis arcem. & cæ-
tera. Et Dido: Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perserre soror po-
tero. Aeneas de Euandro: Et nunc ille quidem spe multum captus inani Fors
& uota facit. Et illud: Aduena nostri (Quod nunquā ueriti sumus) ut possessor
agelli Diceret, hæc mea sunt, ueteres migrate coloni. Inuenio tamen posse ali-
quem ex eo, quod iam sperauerit, mouere pathos, ut Euander: Haud ignarus
eram quantum noua gloria in armis, & prædulce decus.

^D Oratores ḥ. πασχεῖν uocat, q̄ties de silitudine passionis pathos nascit, ut apd' *A similitudine*
Verg. Fuit & tibi talis Anchises genitor. Ex Patriæ strinxit pietatis imago. Et, *passionis*.
Subiit chari genitoris imago. Et Dido: Me qđ p̄ multos filiis fortuna labores.

Est & ille locus ad pmouendum pathos, in qđ sermo dirigif, uel ad inanima-
lia, uel ad muta, qđ loco oratores frequēter utunt. Vt r̄trunc Vergilius bene pa-
theticè tractauit, uel cū ait Dido: Dulces exiūiae dum fata deusqđ sinebat, uel
cū Turnus: Tuqđ optima serre Terra tene. Et idē alibi: Nūc ò nunqđ frustrata
uocatus Hasta meos. Et, Rheiē diu, res sicqđ diu mortalibus ulla ē, Viximus.

Facit apud oratores pathos etiā addubitatō, quā Graci ḥ. πασχεῖν uocat. Est
em̄ uel dolētis, uel irascētis, dubitare qđ agas. En qđ agor, rursus ne procos irri-
fa priores Expiar. Et illud de Orpheo: Quid faceret, qđ se rapta bis cōiuge ser-
ret. Et de Niilo: Quid faciat, qua ui iuuenī, qđ bus audcat armis Eripere. Et An-

na permouerit, Quid primum deferta querar? comitem ne sororem &c.

Abstinentia Et attestatio rei uisae apud rhetores pathos mouet. Hoc Vergilius sic exequitur, Ipse caput niuci fultum Pallantis & ora Vt uidebit, leuique patens in pectore uulnus. Et illud, Impletuitque sinu sanguis. Et, Moriensque suo se in sanguine uerat. Et, Crudelis nati monstrantem uulnra cernit. Et, Ora uirum tristi pendebant pallida tabo. Et, Voluisse Euryalus leto, pulchrosque per artus It crux. Et, Vidi egomet duo de numero cum corpora nostro.

Per hyperbole Facit hyperbole, id est nimietas, pathos: per quam exprimitur uel ira uel misericordia. Ira, ut cum forte dicimus: Miles ille perire debuerat, quod est apud Vergilium: Omnes per mortes animam sonorem ipse dedidsem. Misericordia, cum dicit: Daphni tuum Proceros etiam ingemuisse Icones Interitum. Nascentis per haec de nimietate uel amatorium, uel alterius generis pathos. Si mihi non haec lux tota iam longior anno est. Et illud seorsum: Maria ante exurere Turno, Quā sacras dabit pinus. Et, Non si tellurem effundat in undas.

Per exclamacionem. Exclamatio, quod apud Graecos ιατρούμενον dicitur, mouet pathos. Haec sit interdum ex persona poetae, nonnumquam ex ipsius quem induxit loquentem. Ex persona quod dem poetæ est: Mantua uae miseræ nimium uicina Cremonæ. Infelix, ut cuncti serent ea fata nepotes. Crimen amor uestrum. & alia similia. Ex persona uero alterius: Dij capiti ipsius generisque referunt. Et, Dij talia Graeci Instaurare, pio si poena ore reposco. Et, Dij taliter terris auertite pestem.

Per silentium. Contraria huic figuræ ιατρούμενον, quod est taciturnitas. Nam ut illuc aliqua exclamando dicimus, ita hic aliqua tacendo subducimus, quod tamen intelligere possit auditor. Hoc autem preceps irascentibus couenit, ut Neptunus: Quos ego, sed motos praestare cōponere fluctus. Et, Mnestheus: Nec uincere certo. Quanquam oī, sed superēt, quibus hoc Neptune dedisti. Et, Turnus: Quod si solitæ quicquid virtutis adesset. Et in Bucolicis: Nouimus & te trāuersa tuētibus hircis. Et, quod si faeciles nymphæ risere facello. Sed & misericordia ex hac figura mota est à Sinone, Donec Calchate ministro. Sed quod ego haec autem nequicunque ingrata reueluo?

Ex repetitione. Nascentur pathos & de repetitione, quam Graeci ιατροφυσικη vocant, cum sententiae ab ipsis nominibus incipiunt. Hinc Vergilius:

Eurydicen uox ipsa & frigida lingua,
Ah miseram Eurydicen anima fugiente uocabat,
Eurydicen toto rescrebant flumine ripæ. Et illud:
Te dulcis coniunx, te solo in littore secum,
Te ueniente die, te decedente canebat. Et illud:
Te nemus Angitia, uitria te Fucinus unda,
Te liquidi fleuere lacus.

Proibitione. Ιατροφυσικη, quæ est obiurgatio, habet & ipsa pathos: Id est, cum obiecta ipsis verbis refutamus: Aeneas ignarus abest, ignarus & absit.

Desse huic libro finem iam ante monimus.

MACROBII AVRELII

THEODOSTI VIRI CONSULARIS ET ILLV

ſtris Saturnaliorum liber .V.

Si non alijs, hoc certe preferendum eſſe Ciceroni Vergilium, quod ille in uno tamum, hic in omnibus dicen-
di generibus excelluerit. Tum de quatuor generibus dicendi, deg. dupliſi ſtylo. Caput .I.



OST hæc cum paulisper Eusebius quieuiſſet, om̄es inter ſe
conſono murmuſe, Vergiliū non minus oratorem & poē
tam habendum pronuntiābat: in quo & tanta ornandi diſci
plina, & tam diligens obſeruatio rhetoricae artis ostendere
tur. Et Auienus, dicas mihi, inquit, uolo doctorum opti-
me, ſi concedimus (ſicuti necelle eſt) oratorem fuilſe Vergili
um, ſi quis nunc uelit orādi artē conſequi, utrū magis ex Cicero proficiat? Video quid agas, inquit Eusebius, qd intendas, quō me trahe
re coneris, eō ſcilicet quō minime uolo, ad comparationē Maronis & Tullij.
Verecunde em̄ interrogasti, uter eorū p̄eſtantior, quandoqdem necessariō is
plurimū collatus ſit, q ipſe plurimum p̄ſtat. Sed iſtā mihi neceſſitatē altam
& profoundā remittas uolo, quia nō noſtrę inter illos tātas cōponere lītes. Nec
auſiū in utrāvis partē talis ſententiāe autor uideri. Hoc ſolū audebo dixiſſe, q̄a
faſundia Mantuanī multiplex & multiformis eſt, & dicendi genus om̄e cōple
ctitur. Ecce em̄ in Cicero ueroſtro unuſ eloquentiāe tenor eſt, ille abundās, &
torrēs, & copiosus. Oratorū autem non ſimplex, nec una natura eſt, ſed hic flu
it & redundant: cōtrā, ille breuiter & circumciſe dicere affectat, tenuis quidam
& ſiccus & ſobrius amat quandam dicēdi frugalitatē, alius pingui & luculen
ta & florida ōone laſciuit. In qua tanta om̄iū diſſimulatione unus om̄ino in
ueniſ Vergilius, q̄ eloquentiā ex om̄i ḡne conflauerit. Respondit Auienus:
Aptius uellē me has diuerſitates ſub perſonarū exempliſ doceres. Quatuor
ſunt, inquit Eusebius, ḡna dicendi: Copioſum, in q̄ Cicero domīnat: Breue, in q̄
Sallustius regnat: Sicum, qd Frontoni aſcribit: Pīngue & floridū, in quo Pli
nius Secūdus quondā, & nunc nullo ueterē minor noſter Symmachus luxuri
atur. Sed apud unum Maronē hæc quatuor ḡna reperies. Viſ audire illū tāta
breuitate dicentē, ut arctari magis & cōtrahi breuitas ipſa non poſit. Et cam
pos ubi Troia fuit. Ecce, pauciſſimiſ yb̄is maximā ciuitatē haulit & abſorbiſ:
non reliqu ille nec ruinā. Viſ hoc iſum copioſiſſime dicat? Venit ſumma di
es, & ineluctabile rēpus Dardanīa: fuimus Troēs, ſuit Ilium, & ingēs Gloria
Teucrorū. ſeruſ om̄ia luppiter Argos Tranſtulit, incenſa Danai dominan̄ in
urbe. O patria, ò diuīm domus Iliu, et inclita bello Moenia Dardanidū. Quis
cladē illius noctis, q̄ funera fando Explicerat aut poſſit lachrymis æquare labo
res? Vrbs antiqua ruit multos diuata per annos. Quis ſons, q̄ ſtorrēs, qd ma
re, tot fluctibus, q̄t hic yb̄is inundauit? Cedo nunc ſiccū illud genus elocuti
onis. Turnus ut ante uolans tardū p̄eſſerat agmen, Viginti lectis eq̄um co
mitatus, & urbi Improuiſuſ adeſt, maculis quē Thracius albis Portat equus,
cristaç tegit galea aurea rubra. Hoc idē q̄ cultu, q̄ florida ōone cū libuerit
profereſ: Forteſ ſacer Cybele Choreus olimq̄ ſacerdos Inſignis, longe Phry
gijs fulgebat in armis, Spumantēç agitabat equū, quē pellis ahenis in plumā

m ij ſqua-

Dicendi gene
ra quatuor.

Squamis auro cōserata tegebat. Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu, Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum. Sed haec qdem inter se separata sunt. Vis autē uidere quēadmodū hæc quatuor ḡna dicendi Vergilius ipse pmisceat, & faciat unum qddam ex omni diuersitate pulcherrimū temperamentum. Sæpe etiā steriles incendere profuit agros, Atq; leuē stipulā crepitantibus urere flammis. Siue inde occultas uircs & pabula terræ Pinguis concipiunt, siue illis or̄ne p ignē Excoquunt uitiū, atq; exudat inutile humor. Seu plures calor ille uias & cæca relaxat Spiramēta, no uas ueniat quā succus in herbas: Seu durat magis, et uenas astringit hiætes, Ne tenues pluuiæ, rapidi' ue potētia solis Acrior, aut boreæ penetrabile frigus ad urat. Ecce dicendi genus, qd nūsc̄ alibi dēphendes, in quo nec præccps breuitas, nec infinita copia, nec iejuua siccitas, nec lætitia pinguis.

Styli dicendi
duo.

Sunt p̄terea styli dicendi duo, dispari moralitate diuersi. Vnus est matus & grauis: qualis Crasso assignat. Hoc Vergilius utitur, cum Latinus præcipit Turno: O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci Virtute exuperas, tan to me impensius æquū est Consulere, & reliqua. Alter huic cōtrarius, ardens, & erectus, & infensus: quali est usus Antonius. Nec hunc apud Vergiliū fru stra desideraueris. Haud talia dudū Dicta dabas: morere, & fratrem ne desere frater. Vides' ne eloquentiā om̄i uarietate distinetam: quam qdem mihi uide tur Vergilius, non sine quodam p̄flagio, quo se om̄ium prosc̄ctibus p̄parabat, de industria pmiscuisse: idq; non mortali, sed diuino ingenio puidille: atq; adeo non aliud ducem fecutus, q; ipsam re: om̄iu marrem naturam, hanc p̄-
Humidum designat subiacentē monti agrum. Nam polypidaca significat fontibus abundantem. Vnde haec Gargara tanta frugum copia erant, ut qui magnum cuiusq; rei numerum uellet exprimere, pro multitudine immensa Gargara nominaret. Testis Alcaeus qui in Cœlo tragedia sic ait:

Gargara (ut uidetis) manifester posuit, p multitudine. Nec ali⁹ Aristomenes:

*Locus refutus επιβοστὴς, οὐδὲν γῆς καὶ μήρη γάρ γαρ τὸν πόπ
τον εἰλια.*

Aristophan-

A Aristophanes autem comicus cōposito noīe ex arena & Gargaris, innumerabilem (ut eius lepos est) numerū conat exprimere. In fabula em Achaneus in ait:

Ἄριστος οὐδὲν γε μάλιστα τὸν λαμπτόν καρδίαν.
Μάλιστα δέ τοι πάντα τὸν λαμπτόν καρδίαν.
τὸν λαμπτόν, τούτον τὸν λαμπτόν τούτον τὸν λαμπτόν.
τούτον τὸν λαμπτόν τούτον τὸν λαμπτόν τούτον τὸν λαμπτόν.

Locus refini
mus.

Arenam autem seorsum pro multis Varro saepe in Menippeis suis posuit. Sed Aristophanes adiecit Gargara, ad significationē numerolitatis innumerāe. Est ergo scdm hæc sensus horū uerū talis: Cum ea sit anni temp̄ies, ut hyems se rena sit, solstitium uero imbricum, fructus optime proueniunt. Hæc autem ad eo agris necessaria sunt, ut sine ijs, nec illi natura fecundissimi Myſiæ agri responsuri sint opinioni fertilitatis, q̄ de his habetur. Addit Myſiæ nominatim Gargara, q̄ ea urbs posita in imis radicibus Idæ montis, defluentibus inde humoribus irrigetur, possitq̄ uideri solstitiales imbræ non magnopere desiderare. Hoc in loco ad fidem sensui faciendam, q̄ uliginosa sint non sola Gargara prouinciae mōtis, sed et uniuersæ Myſiæ arua, adhiberi potest testis Aeschylus:

Quid de Græcis in hoc loco traxerit diximus. Addemus præterea hoc cum iucunditatis gratia, & ut liqueat Vergilium nostrum undiq̄ ueterum sibi ornamenti traxisse, unde hoc dixerit, Hyberno lætissimo puluere farra. In libro enim uetusissimum carminum, qui ante omnia quæ à Latinis scripta sunt, compositus serebatur, inuenitur hoc rusticum uetus cāticum: Hyberno puluer, uerno luto, grandia farra Camille metes.

De poculorum generibus.

Capit .XXI.

Nomina poculorum Vergilius plerūq̄ Græca ponit, ut carchesia, ut Ex diversis
cymbia, ut cantharos, scyphos. De carchesia ita: Cape Maenonij cache Vergili locis
sia Bacchi Oceano libemus ait,
Et alibi: Hic duo rite mero libans carchesia Baccho.
De cymbijs: Inserimus tepido spumantia cymbia lacte.
De cantharo: Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
De scyphis: Et sacer impleuit dextram scyphus.

Et autem cuius figuræ sint, quis ue eorum fecerit mentionem, nemo quærit, contenti scire huiuscmodi esse pocula. Et scyphos quidem cantharos q̄ cōsueta uulgi nomina, serendum si transeant. Sed de carchesijs cymbijs q̄ apud Latinos haud scio an unquā repertas, apud Græcos autem sunt rarissima, non video cur nō cogātur ingrere, quid sibi noua & peregrina Græca nomina uellint. Est autē carchesium poculum Græcis tūmodo notum. Meminit eius Pherecydes in libris historiæ, aitq̄ louē Alcumenæ pretium cōcubitus carchesium aureum dono dedisse. Sed Plautus insuetum nomē reliquit, aitq̄ in fabula Amphitryone, pateram datam, cum longe utriusq̄ poculi figura diuersa sit. Patera enim ut & ipsum nomen indicio est, planum ac patens est. Carchesium uero procérum & circa medianam partem cōpresso, anfatum mediocriter, anfis à summo ad infimum pertingentibus. Asclepiades autem uir inter Græcos

eos apprimè doctus ac diligens, carchesia à nauali re existimat dicta. Ait enim naualis ueli partem inferiorem pateram uocari, at circa medium sermè partem τηγάλια φασι, summan uero partem carchelium nominari, & inde dislundi in uirunque ueli latus: ea que cornua uocantur. Nec solus Asclepiades meminit huius poculi, sed & alijs illustres poëtae, ut Sappho, quæ ait:

κοτὲ δέ τρε πάτης καρχέδοναρ
κυδίλλοβοι, οφείσιοι δέ πάτης
τελεί τερπυμένοι.

Sophocles:

πρὸς τὸν τρίπολον φάσκων
προστιλλούσιν τοὺς λόγοις τέρπεται
γηρώις ποτὲ τὰ στίχα νοήτη τὰ
καρχέδονα.

Hæc de carchelis ignoratis latinitati, & à sola Græcia celebratis. Sed nec cymbia in nostro sermone repertis. Est em̄ à Græcorum paucis relatum. Philémon notissimus comicus in Phasmate ait:

Επί τοῦ δοθέντος κατέβησεν θερμότερος
καταστοπερ ἡμέρας.

Anaxandrides etiam comicus in fabula φάγητος.

περιγέλλων πειρία, προπονόμενε
καὶ μετ' ἐπιρρέος
καὶ μετ' ἀπέρροφηρ ὑπᾶσε,
ἀποκατέστηκε μὴδεπ.

Meminit eius & Demosthenes in oratione quæ est in Midiam. Cymbia autē hec (ut ipsius nominis figura indicat) diminutive à cymba dicta, quod & apud Græcos & apud nos ab illis trahentes, nauigij genus est. Ac sane animaduerti ego apud Græcos multa poculorum genera à re nauali cognominata, ut carchesia suprà docui, ut hæc cymbia, pocula peera ac nauibus similia. Meminit huius poculi Eratosthenes uir longe doctissimus, in epistola ad Agetorem Lacedæmonium, his uerbis:

Θεατρίζοντες δέ ἀντοι νοῆσιν παρεδου μέταπομπήσθαι, οὐδὲ παντούς μόνον Θεάλια προσκεκριπτα, διοῖσι δέ μοι, τὸ μοῖσι φῶτον ἔνθεν ποιητα, ποτὲ δέ τοι τοῦτον παρέστηται. Fuerunt q̄ cymbium à cilymbio q̄ syncopā dictum extimauerunt. Cillymbij autē (ut de Homero raccā, q̄ hoc poculum Cyclopi ab Ulyssē datū memorat) multi faciunt mentionē, uolūtq̄ nōnulli proprie cissymbiu lignum esse pocu-
lum ex hedera, id est uox. Et Nicāder q̄dam Colophoiūs in I. Aerolico sic ait:
εἴ τοι λαροπή τῷ διδυμούλῳ
διδυμός διπλούσιον τὸ πατέλοντε,
διδυμός τὸ διγλαύτην πολυάλετα κατέβιται
φονίτ.

Sed & Callimachus meminit huius poculi:

καὶ νοῦσον δημητιλα εἰπήσατο χωνέτον οὐαντηρ
ειποντεῖσθαι, διλήγει δέ τοι τοντονούρο
ζεῖ μέντην τοῦτον διλατεῖ ποτεστητητον οὐαντηρ
τὸ τρίπολον.

Quiau

A Qui autē clymbium ex hedera factum poculum non dici arbitrantur, Euripidis autoritate nūt uidentur, qui in Andromada sic ait:

πάτερ τημένων οίξεται λιανε
ούδεν γάλαντον πάντα φέρειν σκύφον,
πάντα πάντα τετέλεσθεν, δι' αὐτοῦ πάντα γένεται.

Locus refutat.

Hec de cymbio. Sequitur ut quando cantharum & poculi & nauigij gē cantharus: nūs esse supradiximus, probetur exemplis. Et pro poculo quidem nota res ē, uel ex ipso Vergilio, qui aptissime proprium Liberi patris poculum assignat Sileno. Sed id, ut suprā polliciti sumus, etiam pro nauigio ponī solitum debemus ostendere. Menander in Naucloeo:

B Λιανε πάντα μάγασσερα διλανερόν εύειθα
εισόρθατο. Εἰσήρη δὲ τράπεζα, καὶ τὸ ποτήριον,
τὸ ποτηχόντα ποτὴν συστατέλεσθαι
πρώτον ἡ γάρ σὺ τὸν τε χρυσόν πάντα ποτέρον,
ποτοριὸν πλαστόν.

Locus refutat.

Et sacer impleuit dextrā scyphus. Scyphus Herculis poculum est, ita ut Libri scyphus: beri p̄tis cantharus. Herculē uero sūctores ueteres nō sine causa cū poculo secedunt, & nonnunq̄ quassabundū & ebrium: non solum q̄ is heros bibax fuisse perhibet, sed etiā q̄ antiqua historia est, Herculē poculo tanq̄ nauigio uentis immēsa maria trānsisse. Sed de utracq̄ re pauca ex Græcis antiquitatibus dicāt. Et multibū heroa istum fuisse, ut taceam quæ uulgo nota sunt, illud non obscurum argumentū est, q̄ Ephippus in Busiride inducit Herculem sic loquētēm;

C

Est etiā historia nō adeo notissima, nationem quandā hominē fuisse prope Heracleā ab Hercule cōstitutam Cylicranorū, composito nomine Ἑρκυλανα. Quod poculi genus nos una līra immutata calicē dicimus. Poco autem Herculē dūctum, ad iżamq̄ Hispaniæ insulā nauigasse, & Pimastis egregius scriptor Græcorū dicit, & Pherecydes autor est: quorū uerba subdere supsedē, ga propiora sunt fabulæ q̄ historiæ. Ego m̄ arbitror non poculo Herculem trānsuetum, sed nauigio cui scypho nomen fuit, ita ut supra cantharum, & carchesium, & à cymbis deriuata cymbia, om̄ia hæc asseruimus esse nauigiorū uocabula.

De alijs quibusdam locis Vergilij. Caput .XXII.

D **N**omina quoq̄ Vergilius nonnunq̄ ex antiquissimis Græcorū historijs mutuat. Scitis apud illū unā ex comitibus Dianaē Opimū uocari. Qd nomen uulgo fortasse temerē impositū, uel etiā fictum putatur ab ignoratiis ingeniosum poētā, cognomē qd à ueteribus Græcis scriptoribus ipsi Dianaē fuerat impositū, comiti eius assignare uoluisse. Sed Vergilius sic ait: Veloce interea superis in sedibus Opis Vnam ex uirginibus socijs sacraq̄ caterua Compellabat, & has triflī Latonia uoces Ore dabat. Et infra: At Triuiae custos iamdudum in montibus Opis.

Opin, inq̄t, comitē & sociā Dianaē. Sed audite uñ Vergilius hoc nomē accepit, q̄(ut dixi) q̄ epipheton ipsiusce legerat, sociæ eius imposuit. Alexāder Ae-

p ij tolus

celix.

tolus poëta egregius i libro q̄ inscribit̄ Musæ, refert q̄ studio populus Ephesi
suis dedicato tēplo Dianæ curauerit p̄mijs p̄positis, ut q̄ tunc erāt poëta inge-
niosissimi, in dēa carmina diuersa cōponerent. In his uersibus Opis nō comes
Dianæ, sed Diana ipsa uocata est. Loquitur autem (ut dixi) de populo Ephesio.

Apparuit(ni fallor) Opis Dianam dictam, & Vergilium de nimia doctrina
na hoc nomen in eius comitem transtulisse.

Excessere omnes adytis arisq̄ relictis Dij. Hoc unde Vergilius dixerit,
nullus inquirit, sed cōstat illum de Euripide traxisse, qui in fabula Troadibus
al. Neptuni. inducit t̄ Apollinem, cum Troia capienda esset, ista dicentem:

Locus reficit Εγώ δέ πεπάντα γοῦν ἀρχή της θεός
τετ. inducunt εὐρας, ἀποθέωσιν, μὲν σταύρου φράγμας,
autem Neptūνος τὸν πλανητὴν λαοφ. οὐαμέντον ιμέσον.
tau. νοῦ Apollo. Υραμία γοῦν πολυφθεῖται λάθε κακός,
μορθὸν τὰ τέλη θεῶν διαδίδει θάνατον.

Qui uersus docēt unde Vergilius usurpauerit discessisse deos à ciuitate iam ea
pta. Nec hoc sine autoritate Græcae uerustatis est, quod ait: Ipsa Iouis rapidum
iaculata è nubibus ignem. Euripides em̄ inducit Mineruā uentos contra Græ
corum classem à Neptuno petentem, dicentemq; debere illum facere quod lu
piter fecerit, à quo in Græcos fulmen accepit.

Apud Vergilium Pan nubo lanæ munere lunā illexisse perhibetur in ne
mora alta uocans: Munere sic nubo lanæ, si credere dignum est, & reliqua. In
hoc loco Val. Probus uir perfectissimus notat, nescire se hanc historiā sive fa
bulam, quo referat auctore. Qd tantum uir fugisse miror. Nam Nicander hu
ius est auctor historiæ, poëta, quem Didymus grammaticorum omnium quiq;
sint, quiq; fuerint, instructissimus, fabulosum uocat. Qd sciens Vergilius adie
cit, si credere dignum est. adeo se fabuloſo uerbo auctore fatetur.

In tertio libro cursim legit, necq; unū translatū sit queri: Quę Phœbō pater
omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædictus. &c. In talibus locis grāmatici ex
cusantes imperitiā suā, inuentiones has ingenio magis q̄ doctrinæ Maronis affi
gnant, nec dicūt eū ab alijs mutuatū, ne noīare autores cogant. Sed affirmo do
ctissimum uacē etiā in hoc Aeschylū eminentissimum tragediarū scriptorem secu
tum, q̄ in fabula, q̄ Latina lingua sacerdotis inscribit̄, sic ait:

Ecquid clarum factum, inde sumplisse Vergilium, q̄ Apollo ea uaticinet,
quę sibi Iupiter fatur? Probatum' ne uobis est, Vergiliū, ut ab eo intelligi nō
potest, qui sonum Latinæ uocis ignorat, ita nec ab eo posse, qui Græcam non
hauserit extrema satietate doctrinam? Nam si fastidium facere non timerem, in
gentia poteram uolumina his quę à penitissima Græcorū doctrina transtulisi
set, implere. Sed ad fidem rei propositarū relata sufficient.

FINIS LIBRI QUINTI.

Macrobij

MACROBII AVRELII

THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLV

ſtris ſaturnaliorum liber sextus.

Quos uel ex dimidio ſui, uel ſolidos etiā uerſus, ab antiquis Latinis poetis ſit mutuatus Vergilius.
Caput . I.



IC PRAEtextatus: Mirum, inquit, in modum dī gessit Euſtachius quæ de Graeca antiquitate carmi ni ſuo Vergilius inſeruit. Sed meminimus uiros inter omnes noſtra ætate longe doctiſſimos, Furium, Cecinamē Albinum, promiſſe ſe prodiu ros, quid idem Maro de antiquis Romanis ſcri ptoribus traxerit. Quod nunc ut ſiat, tempus ad monet. Cumq; omib; idem placet, tum Fu rius Albinus: Eſi uereor, ne dum oſtendere cu pio quantum Vergilius noſter ex antiquorum lectione proſecerit, & quos ex omnibus floreſ, uel quæ in carminis ſui decorem ex diuerſis ornamēta libauer it, occaſionem reprehēdendi uel imperiti, uel malignis miniftem, exprobrati buſ tanto uiro alieni uſurpationem, nec coniſideratiuibus hunc eſſe fructum le gendi, æmulari ea quæ in alijs probeſ: & quæ maxime inter aliorum dicta mi reris, in aliquem uſum tuum opportuna deriuatiōne conuertere, quod & no ſtri tam inter ſe quām à Graecis, & Graecorum excellētes inter ſe ſaepē fecerūt.

c Et ut de alienigenis taceam, poſſem pluribus edocere, quantum ſe mutuō com pilarint bibliothecæ ueteris auторes. Quod tamē opportunē aliās (ſi uolentib; uobis erit) probabo. Vnum nunc exemplum proferam, quod ad proban da q; alſero penē ſufficiet. Afranius em̄ togatā ſcriptor, in ea togata q; Com pitalia inſcribitur, non inuercundē respondens arguentib; quod plura ſum pliſſe à Menandro: Fator (inquit) ſumpſi, non ab illo modo, ſed ut quicq; ha buit quod conueniret mihi, quodq; me non poſſe melius facere credidi, etiam à Latino. Quod ſi hæc ſocietas, & rerum communio, poēti ſcriptorib; ſu omni bus inter ſe exercenda confeſſa eſt, quis fraudi Vergilio uortat, ſi ad excelen dum ſe quædam ab antiquoribus mutuatus ſit: Cui etiam gratia hoc nomine d eſt habenda, quod nonnulla ab illis in opus ſuum, quod æternō māſurum eſt, traſferendo, ſecit ne omnino memoria ueterum delererunt: quos (ſicut præſens tempus oſtēdit) non ſolū neglectui, uerum etiam riſui habere iam coepimus. Deniq; & iudicio traſferendi, & modo imitandi, cōſecutus eſt, ut quod apud illū legerimus alienum, aut illius eſſe malimus, aut melius hic quām ubi na tum eſt, ſonare miremur. Dicam itaq; primū, quos ab alijs traxit uel ex dimidio ſui uerſus, uel penē ſolidos. Poſt hoc, locos integros cum parua quāda mu ratione traſlatos, ſenſiſ ue ita traſcriptos, ut unde eſſent eluceret: immutatos alios, ut tamen origo eorum non ignoraretur. Poſt hæc quædam de his, quæ ab Homero ſumpta ſunt, oſtēdam non iſipsum ab Homero tulisse, ſed prius ali os inde ſumpliſſe, & hunc ab illis, quos ſine dubio legerat, tranſtuliſſe.

p iij Vergi

- Vergilius:
Ennius in sexto:
Vergilius:
Ennius in primo:
- Vergilius:
Ennius in sexto:
- Vergilius:
Ennius in primo:
Vergilius:
Ennius in primo:
Vergilius:
Ennius in primo:
Vergilius:
Ennius in primo:
Vergilius:
Ennius in primo:
- Vergilius:
Ennius in tertio:
- Vergilius:
Ennius in quarto:
- Vergilius:
Ennius in sexto:
Vergilius:
Ennius in septimo:
Vergilius:
Ennius in octavo:
Vergilius:
Ennius in decimo septi:
Vergilius:
Ennius in sexto:
- Vergilius:
Ennius in duodecimo:
Vergilius:
Ennius in decimo sexto:
Vergilius:
- Vertitur interea cœlum, & ruit oceano nox.
Vertitur interea cœlum cum ingentibus signis,
Axem humero torquer stellis ardentibus aptum.
Qui cœlum uersat stellis fulgentibus aptum. Et in III.
Cœlum prospexit stellis fulgentibus aptum. Et in IX.
Hic nox præcessit stellis ardentibus apta.
- Conciliumq; uocat diuūm pater atq; hominum rex.
Tum cum corde suo diuūm pater atq; hominum rex
Effatur.
- Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.
Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant.
Tuq; o Tybri tuo genitor cum flumine sancto.
Teq; pater Tyberine tuo cum flumine sancto.
Accipe daq; fidem, sunt nobis fortia bello Pectora.
Accipe daq; fidem, sedusq; ser i bene firmum.
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.
Cum superum lumen nox intempesta teneret.
Tu tñ interea calido mihi sanguine poenas Persolues.
Nec pol homo quisquam faciet impune animatus
Hoc, nisi tu. mihi nam calido das sanguine poenas.
Concurrunt undique telis Indomiti agricolæ.
Postquam defessi sunt, stant, & spargere sece
Hastis, ansatis concurrunt undique telis.
- Summa nituntur opum ui.
Romani scalis summa nituntur opum ui. & in XVI.
Reges per regnum statuasq; sepulchraq; querunt.
Aedificant nomen, summa nituntur opum ui.
Et mecum ingentis oras euoluere belli.
Quis potis ingentis oras euoluere belli?
Nequa meis dictis esto mora, Juppiter hac stat.
Non semper uestra euerit, nunc Juppiter hac stat.
Inuadunt urbem somno uinoq; sepultam.
Nunc hostes uino domiti, somnoq; sepulti.
Tollitur in cœlum clamor, cunctiq; Latini.
Tollitur in cœlum clamor exortus utrisq;.
- Quadrupedæ putrem sonitu quatit ungula campum.
Explorat Numidae, tota quatit ungula terrā. & in viii.
Cū sequitur, summo sonitu quatit ungula terrā. & in xvii.
It eques, & plausu caua concurrit ungula terram.
Vnus qui nobis cunctando restituit rem.
- Vnus homo nobis cunctando restituit rem.
Corruit in uulnus, sonitum super arma dederunt.
Concidit, & sonitum simul insuper arma dederunt.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras.

Lucretius

- A** Lucretius in secundo: Cum primū aurora respergit lumine terrās.
 Vergilius: Flamarum longos à tergo inuoluere tractus.
 Lucretius in secundo: Nor' ne uides longos flamarum ducere tractus?
 Vergilius: Ingeminant abruptis nubibus ignes.
 Lucretius in secundo: Nunc hinc, nunc illinc abruptis nubibus ignes.
 Vergilius: Belli simulacra ciebat.
 Lucretius in secundo. Cōponunt, complent, belli simulacra cidentur.
 Vergili. Simulacraq; luce caretum.
 Lucretius in quarto: Cum sepe figuras
 Contuimur miras, simulacraq; luce carentum.
 Vergilius: Asper acerba tuens retro redit.
B Lucretius in quinto: Asper acerba tuens immani corpore serpens.
 Vergilius: Tithoni croceum linquens aurora cubile.
 Furius in I. annalium: Interea oceani linquens aurora cubile.
 Vergilius: Quod genus hoc hoīm? qua' ue hūc tā barbara morē?
 Furius in sexto: Quod genus hoc hominum Saturno sancte creat?
 Vergilius: Rumoresq; ferit uarios, ac talia fatur.
 Furius in decimo: Rumoresq; serunt uarios, ac multa requirunt.
 Vergilius: Nomine quenq; uocans, reficiq; in prælia pulsos.
 Furius in decimo. Nomine quenq; ciet, dictorum tempus adesse
 Commemorat. Deinde infra.
 Confirmat dictis, simul atq; exuscitat acreis
 Ad bellandum animos, reficitq; ad prælia mentes.
C Vergilius: Dicte Pierides, non omnia possumus omnes.
 Lucretius in quinto: Maior erat natu, non omnia possumus omnes.
 Vergilius: Diuersi circuspiciunt, hoc acrior idem.
 Pacuvius in Medea. Diuersi circuspiciimus, horror percipit.
 Vergilius. Ergo iter incepturn peragunt rumore secūdo.
 Suetius in libro qnto. Redeunt referutq; peuita rumore secundo.
 Vergilius. Nunq; hodie effugies, ueniam quoq; uocaris.
 Neuius in eq; Troiano. Nunq; hodie effugies, quin mea manu moriare.
 Vergili. Vendidit hic auro patriam, dominumq; potētem
 Imposuit, fixit leges pretio atq; refixit.
D Varius de morte.
 Vergili. Vendidit hic Latiū populis, agrosq; quiritum
 Eripuit, fixit leges pretio atq; rexit.
 Varius de morte. Ut gēma bibat, & Sarano dormiat ostro.
 Vergili. Incubet & Tyrijs, atq; ex solido bibat auro.
 Catullus. Talia secla suis dixerunt currite fusis.
 Vergili. Currite ducentes subtegmina currite fusil.
 Felix heu nimium felix nī littora tantū
 Nunquam Dardanias tetigilset nostra carinæ.
 Catull. Iuppiter omnipotens utinam non tempore primo
 Gnosia Cecropias tetigilset littora puppes.
 Vergili. Magna osla lacertosq; Exiulit.

- Ennius in XVII. Magna ossa lacertiq; Apparent homini.
 Vergilius: Placidam per membra quietem Irrigat.
 Furius in I. Mitemq; rigat per pectora somnum.
 Lucretius in IIII. Nunc qbus ille modis somnus q; mēbra getem Irrigat.
 Vergilius: Camposq; liquentes.
- Luc. i VI.de mari sile: Et liquidam mollem campoq; natantes.
 Vergilius: Et geminos duo fulmina belli Scipiadas.
 Lucretius in III. Scipiades belli fulmen Carthaginis horror.
 Vergilius: Et ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
 Lucretius in II. Feedo pertorquent ora sapore.
 Vergilius ait: Morte obita qualeis fama est uolitare figuras.
 Lucretius in I. Cernere uti uideamus eas, audireq; corām,
 Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.
- Hinc ē & illud Vergi. Et patris Anchise gremio complectitur ossa.
 Vergilius: Ora modis attollens pallida miris.
 Lucretius in I. Sed quædam simulacra modis pallentia miris.
 Vergilius: Tum gelidus toto manabat corpore sudor.
 Ennius XVI. Tunc timido manat ex omni corpore sudor.
 Vergilius: Labitur uncta uadis abies.
 Ennius in XIII. Labitur uncta carina, uolat super impetus undas.
 Vergilius: Ac ferreus ingruit imber.
 Ennius in VIII. Hastati spargunt hastas, sit ferreus imber.
 Vergilius: Apicem tamen incita summum Hasta tulit.
 Ennius in XVI. Tamen inde uolans secum abstulit hasta Insigne.
 Vergilius: Puluerulentus eques furit, omnes arma requirunt.
 Ennius in VI. Balatum pecudes quatit, omnes arma requirunt.
 Vergilius: Nec uisu facilis, nec dictu assibilis ulli.
 Accius in Philoctete: Quem neq; tueri contrā, neq; affari queas.
 Vergilius: Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
 Aut leto insigni.
- Acci. i armor; iudicio: Nam trophæum ferre me à fortis uiro pulchrum est.
 Si autem & uiñcat, uinci à tali nullum est probrum.
 Vergilius: Nec si miserum fortuna Sinonem
 Finxit, uanum etiam mendacemq; improba singet.
- Accius in Telepho: Nam si à me regnum fortuna atq; opes
 Eripere quiuit, & uirtutem nequiuit.
 Vergilius: Disce puer uirtutem ex me, uerumq; labore,
 Fortunam ex alijs.
- Acci. i armor; iudicio: Virtuti is par, dispar fortunis patris.
 Vergilius: Iamiam nec maxima Iuno,
 Nec Saturnius haec oculis pater aspicit æquis.
- Accius in Antigona: Iamiam neq; dij. regunt,
 Neq; profecto deum summus rex omnibus curat.
- Vergilius: Num capū potuere capi, num incēsa cremauit Troja uiros?
 Ennius in

Ennius in decimo cum de Pergamis loqueretur:

Quæ neq; Dardanijs campis potuere perire,
Nec cum capta capi, nec cum combusta cremari.

Vergilius:

Multi præterea, quos fama obscura recondit.

Ennius in Alexandro: Multi alij aduertant, paupertas quorum obscurat noia.

Vergilius:

Audentes fortuna fuit.

Ennius in VII.

Fortibus est fortuna uiris data.

Vergilius:

Recoquunt patrios fornacibus enses.

Lucretius in V.

Et curuæ rigidum falces conflantur in ensim.
Inde minutatim procellit ferreus ensis.

Vergilius:

Versaçp; in obscurum species est falcis ahenaæ.

Lucretius in V.

Pocula sunt fontes liquidi, atçp; exercita cursu Flumina

Vergilius:

Ad sedare sicuti fluuij fontesçp; vocabant.

Lucretius in V.

Quos rami fructus, quos ipsa uolentia rura

Sponte tulere sua, carpit.

Quod sol atçp; imbræ dederant, quod terra crearat

Sponte sua, satis id placarat pectora donum.

Quos locos aut integras aut parcias admodum immutatis, ex antiquis Latinis scriptoribus Vergilius tractuluerit: quosq; ita mutauerit, ut origo tamet eorum facile deprehendatur. Caput. II.

Post uerios ab alijs, uel ex integro uel ex parte translatos, uel quedam im
mutando uerba tanquam succo alio tintos, nunc locos locis compone
re sedet animo, unde formati sint, quasi de speculo cognoscas.

Vergilius:

Nec sum animi dubius, uerbis ea uincere magnum.

Quam sit, & angustis hunc addere rebus honorem,

Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis

Raptat amor. iuuat ire iugis, qua nulla priorum

Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Nec me animi fallit quam sint obscura, sed acri

Percussit thyrso laudis spes magna meum cor,

Et simul incusit suauem mi in pectus amorem

Musarum, quo nunc instinctus mente uigenti,

Auia Pieridum peragro loca, nullius ante

Trita solo.

D Accipe & alterum locum Maronis, illi unde traxerat comparandum, ut eun
dem colorem ac penè similem sonum loci utriuscq; reperias.

Vergilius:

Si non ingentem foribus domus alta superbis

Mane salutantum totis uomit ædibus undam,

Nec uarios inhiant pulchra testudine postes.

At secura quies & nefcia fallere uita,

Diues opum uariarum, at latis otia fundis,

Speluncæ, uiuicq; lacus, at frigida tempe,

Mugitusçp; boum, mollesçp; lub arbore somni.

Non absunt illuc saltus, ac lustra serarum,

Et patiens operum, paruoçp; affuetia iuuentus.

Lucreti-

Et mox:

Lucretius in II.

Si non aurea sunt iuuenum simulacra per ædes,
Lampadas igniseras manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur,
Nec domus argento fulgens, auroq; renidens,
Nec citharam reboant laqueata, aurataq; templa.
Cum tamen inter se prostrati in gramine molli,
Propter aquæ riuum sub ramis arboris altæ,
Non magnis opibus iucunde corpora curant,
Præfertim cum tempestas arridet, & anni
Tempora conspargunt uiridanteis floribus herbas.

Vergilius in Georgi.

Non umbræ alitorum nemorum, non mollia posunt
Prata mouere animum, non qui per saxa uolutus
Purior electro campum petit amnis.

Lucretius in II.

Nec teneræ salices, atq; herbæ rore uirentes,
Fluminaq; ulla queunt summis labentia ripis
Oblectare animum, subitamq; auertere curam.

Ipsius uero pestilentia, quæ est in tertio Georgicō, color totus & liniamen-
ta penè omnia tracta sunt de descriptione pestilentia, quæ est in sexto Lucre-
tij. Nam Vergilianæ incipit:

Hic quondam morbo coeli miseranda coorta est
Tempestas, totoq; autumni incanduit æstu,
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.

Lucretij ~~yo~~ sic incipit: Hæc ratio quondam morborum & mortifer æstus
Finibus in Cecropis funestos reddidit agros.
Vastauitq; uias, exhaustis ciuibus urbem.

Sed quatenus totum locum utriusque ponere satis longum est, excep-
tam aliqua, ex quibus similitudo geminæ descriptionis appareat.

Vergilius ait:

Tum uero ardentes oculi, atq; attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu grauis, imaq; longo
Illa singultu tendunt, it naribus ater
Sanguis, & oppressas fauces premit aspera lingua.
Principio caput incensum feruore gerebant,
Et duplices oculos suffusa luce rubentes.

Lucretius ait:

Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine, & hulceribus uocis uia septa coibat.
Atq; animi interpres manabat lingua cruento
Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.

Vergilius sic ait:

Hæc ante exitium primis dant signa diebus.

Et quæ darent signa, suprà retulit idem.

Demissæ aures, syncerus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus, aret
Pellis, & attractu tractanti dura reflitit.
Multaq; præterea mortis tunc signa dabuntur.
Perturbata animi mens in moerore metuq;,

Lucretius ait:

Triste su-

Triste supercilium, furiolus uultus & acer,
 Sollicitæ porrò plenæq; sonoribus aures,
 Creber spiritus, & ingens, raroq; coortus.
 Sudorisq; madens per collum splendidus humor.
 Tenuisputa minuta croci contracta colore,
 Salsaq; per fauces raucas uix edita tussis.
Vergilius in Georgi. Profuit inserto latices infundere cornu
 Lenæos, ea uisa salus morientibus una.
 Mox erat hoc ipsum exitio.

Lucretius ait: Nec ratio remedii communis certa dabatur.
 Nam quod alijs dederat uitalis aëris auras
 Voluere in ore licere, & cœli templa tueri,
 Hoc alijs erat exitio, letumq; parabat.
Vergilius ait, Præterea nec iam mutari pabula refert,
 Quælitatq; nocent artes, cessere magistri.
Lucretius ait: Nec requies erat ulla malū, defessa iacebant
 Corpora, mussabat tacito medicina timore.
Vergilius ait, Ipsi est aër aubus non æquus, & illæ
 Præcipites alta uitam sub nube relinquunt.
Lucretius ait, Nec tamen omnino temerè illis sedibus ulla
 Comparebat ausi, nec tristia secla ferarum
 Exibant syluis, languebant pleracq; morbo,
 Et moriebantur.

c Non' ne uidentur nobis membra descriptionis ex uno fonte manasse? Sed rur
 sus locos alios comparemus.

Vergilius: Gaudent perfusi sanguine fratrum;
 Exilioq; domos & dulcia limina mutant.
Lucretius in. III. Sanguine ciuili rem conflant, diuitiasq;
 Conduplicant audi, caedem caede accumulantes,
 Crudeles gaudent in tristi funere fratris.
Vergilius: Multa dies uariusq; labor mutabilis æui
 Rettulit in melius, multos alterna reuisenis
 Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.
d Ennius in. VIII. Multa dies in bello conficit unus.
 Et rursus multæ fortunæ sorti recumbunt.

Vergilius Aenei. IX. Haudquaquam quenquam semper fortuna secuta est.
 O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
 Virtute exuperas, tanto me impensis æquum est
 Consulere, atq; omnes metuentem expendere casus.

Accius in Antigona: Quanto magis te istiusmodi esse intelligo,
 Tanto Antigona magis me par est tibi
 Consulere & parcere.

Vergilius: O lux Dardanæ, spes ò fidissima Teucrûm, et reliqua.
Ennius in Alexandro: O lux Troiæ germanæ Hector,

Quid ita cum

Quid ita cum tuo lacerato corpore miser?

Aut qui te sic respectantibus tractauere nobis?

Vergilius Georgi. III. Frena Pelethonij Lapythæ gyrosq; dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis

Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Varius de morte: Quem non ille sinit lentæ moderator habentæ,
Qua uelit ire, sed angusto prius ore coercens,
Insultare docet campis, singiq; morando.

Vergilius in Bucolic. Talis amor Daphnîm, qualis cum sessa iuuençum
Per nemora atque altos querendo bucula lucos,
Propter aquæ rium uiridi procumbit in ulua
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti.

Varius de morte: Ceu canis umbrolam Iustrans Cortynia uallem,
Si ueteris potuit ceruæ comprehendere Iusta,
Sævit in absençem, & circum uestigia Iustrans,
Aethera per nitidum tenues secatur odores.
Non amnes illam medijs, non ardua tardant,
Perdita nec seræ meminit decedere nocti.

Vergilius: Nec te tua funera mater
Produxi, pressi ue oculos, aut uulnera laui.

Ennius in Cœliphonte: Necq; terram iniçere, necq; cruenta
Conuestire mihi corpora licuit,
Necq; misere lauere lachrymæ fassum sanguinem.

Vergilius in Georgic. Namq; canebat uti magnū per inane coacta
Semina terrarumq; animæq; marisq; fulscent,
Et liquidi simul ignis, ut ijs exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Corperit, & rerum paulatim sumere formas.
Iamq; nouum terræ stupeant lucescere solem.

Lucretius in quinto, ubi de confusione orbis ante hunc statum loquitur:
His necq; tum solis rota cerni lumine claro
Altiuolans poterat, necq; magni sidera mundi,
Nec mare, nec celum, nec denique terra, nec aëris.
Nec similis nostris rebus res ulla uideri.
Sed noua tempestas quædam, molesq; coorta.
Diffugere inde loci partes cooperi, paresq;
Cum paribus iungi res, & discludere mundum,
Membrâq; diuidere, & magnas disponere partes.

Et infra: Hoc est à terris magnum secernere celum,
Et seorsum mare uti secreto humore patet,
Seorsum item puri secreti q; aetheris ignis.

Et infra: Omnia enim magis hæc ex leuibus atque rotundis.

Vergilius Aeneid. II. Cum fatalis equus saltu super ardua uenit

Pergama, & armatum peditem grauis attulit alio.

^A Ennius in Alexandro: Nam maximo saltu superauit

Graibus armatis equus,

Qui suo partu ardua perdat Pergama.

Vergilius:

Tum pater omnipotens rerum cui summa potestas

In sit eo dicente deum domus alta filescit,

Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther.

Tum uenti posuere, premit placida æquora pontus,

Ennius in Scipione: Mundus coeli uastus constitut silentia,

Et Neptunus fœvus undis asperis pausam dedit.

Sol equis iter repressit ungulis uolantibus.

Consistere amnes perennes, arbores uento uacant.

^B Vergilius:

Itur in antiquam syluam stabula alta serarum,

Procumbunt piceæ, sonat icta securibus Ilex,

Fraxineæq; trabes, cuncis & fissile robur

Scinditur, aduoluunt ingentes montibus ornos,

Ennius in sexto: Incedunt arbusta per alta securibus caedunt,

Percellunt magnas quercus, exciditur ilex.

Fraxinus frangitur, atq; abies consternatur alta.

Pinus proceras pervertunt, omne sonabat

Arbustum fremitu syluai frondosat.

^C Vergilius:

Diversi magno ceu quondam turbine uenti

Confligunt, zephyrusq; notusq; &c laetus eolis

Eurus equis.

Ennius in decimo septi: Concurrunt ueluti uenti cum spiritus austri

Imbricitor, aquiloq; suo cum flamine contrâ,

Inde mari magno fluctus extollere certant.

Vergilius:

Nec tamè, haec cum sint horumq; boumq; labores

Versando terram experti, nihil improbus anfer.

Lucretius in quinto:

Sed tamen interdum magno quaesita labore,

Cum iam per terras frondent atq; omnia florent,

Aut nimis torrens seruoribus æthereus sol,

Aut subiti perimunt imbres gelidæq; pruinæ,

Flabraq; uentorum uiolento turbire uexant.

^D Sunt alij loci plurimorum uerborum, quos Maro in opus suum cum paucorum immutatione uerborum à ueteribus transtulit. Et quia lögum est, uniuersos uerbus ex utroq; transcribere, libros ueteres notabo, ut qui uolet illuc legendæ aequalitatem locorum conferendo miretur. In primo Aeneidos tempesta describitur, & Venus apud louem queritur de periculis filij, & Iupiter eâ de futuorum prosperitate solatur. Hic locus totus sumptus à Næuio ē ex primo libro belli Punici. Illic enim æque Venus Troianis tempestate laborantibus cum loue queritur, & sequuntur uerba louis filiam consolantis spc futurorū. Item de Pandaro & Bitia aperiçtibus portas, locus acceptus est ex libro quindecimo Enni, qui induxit Histros duos in obsidione erupisse portā, & stragem de

gem de obſidente hoste feciſſe. Nec Tullio cōpilando dummodo undiq̄ orna-
menta ſibi cōſerret, abſtinuit. O fama ingēs ingētior armis Vir Troiane. Nē-
pe hoc ait: Aeneā famā ſuam factis fortibus ſuggeriſum, cum plerūq̄ fama sit
maior rebus. Sēfus hic in Catone Ciceronis his ybis: Cōtingebat in eo, qđ ple-
rifc̄ cōtrā folet, ut maiora oia re t̄ fama uiderent, id qđ nō læpe evenit, ut ex-
peſtatio cognitione, aures ab oculis uincerent. Itē, Proximus huic lōgo, ſed p-
ximus interuallo. Cicero in Bruto: Duobus iſgi summis Craſo & Antonio
L. Philippus proximus accedebat, ſed lōgo interuallo, n̄ proximus.

Quos locos primū dīj ex Homero trāstulerint, inde Vergilius operi suo ascererit. Caput .III.

Sunt quædam apud Vergilium, quæ ab Homero creditur translatisse: sed ea docebo à nris autoribus sumpta, q priores hæc ab Homero in carmina sua traxerant: qd qdem summus Homericae laudis cumulus est, qd cū ita à plurimis aduersus eū uigilatū sit, coactæq oīm uires manū cōrā secerint, ille uelut pelagi rupes imota resistit. Homerus de Aiakis sorti pugna ait:

*Lxx. reg. 16. A'ies οὐ σκέπτεται μάτια, βιδάζει τοῦ γοῦ βιδίσσιας,
Δάματα μήντης τούθος τούθος, γοῦ τριπλεῖς ἀγαπη-
βαλλοντες, θεοῖς δὲ τοῦ προτόφωντος φειν
πιλέας τελειουμένης κατοχήν τοῦ, βιδάζει δὲ αὐτὸν
καπφάλεας^τ ιπποτεῖς δὲ δέρματος διαπολικατερ
τικατεμονούσι τοῦ τούτου σάκος^τ αὐτούς, διότι δέσποτος
αυτῷ δητεις πεπλεισθεὶς λεπτόντος βιδεστρ,
αὐτὸν δέ τραγούλιον^τ λεπτόντος πεπλεισθεὶς δέσποτος
επένθετο τοι μετάνια πλινθεῖτερον δέσποτον πρίνεα
λαμπρότερον πότερον δέσποτον παντού λεπτόντος.*

Hunc locum Ennius in decimoquinto ad pugnam Cælij tribuni his ut
sibus transfert:

Vndiq; conueniunt, uelut imber, tela tribuno
Configunt parvam, tinnit hastilibus umbo,
Aerato sonitu galeæ. sed nec pote quisquam
Vndiq; nitendo corpus discerpere ferro.
Semper abundantes hastas frangitq; quatitq;
Totum sudor habet corpus, multumq; laborat.
Nec respirandí sít copia præpete ferro.
Histri tela manu iacentes sollicitabant.

Hinc Vergilius eundē locum de inclusō Tumogratis elegatiōre cōposuit:
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantū,
Nec dextra ualeat, obiectis sic undiq̄ telis
Obruitur, strepit alsiduo caua tempora circum
Tinnitū galea, & faxis solida æra fathiscunt.
Discussæq̄ iubæ capiti, nec sufficit umbo
Ictibus ingeminant hastis & Troës & Ipse
Fulmineus Mnestheus, tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum(nec respirare potestas)
Fulmen agit sellos, quād zeger anhelitus artus.

Homerus ait:

A ορέωντος δύρου διηρήσασθε σάκαν προσπλαντίαν
αντίει το ορέωντος διηρήσασθε κάρην, μεταξαν δὲ διηρήσασθε

Reflexus lo-
tus ex Ilii. 12.

Furius in quarto annali:

Prestatur pede pes, mucro mucrone, uiro uir.

Hinc Vergilius ait:

Hæret pede pes, densusq; uiro uir.

Homeri est:

πλαδῶν δὲ οὐκ ἐργάζομεν αὐτὸν οὐδὲν
δινόν τοι μενίκα μέν γλάσσαν, μην τὴν σάκατην
φεντέληντο, χέλικαν δὲ μονάπερ φέντον.

Ex Iliad. 2.

B Hunc secutus Hostius poëta in libro secundo belli Histrici ait:

Non si mihi linguae

Centum, atq; ora sicut totidem, uocesq; liquatae.

Hinc Vergilius ait:

Non mihi si linguae centum sint, oraq; centum.

Homerica descriptio est equi fugientis, in hæc uerba:

Ἔει δὲ οὐτὶς σαντὸς ἔπειρος ἀνοικοδομεῖται φάτνη
Διατακτὴ προστίχεια, θύει παντού τραχίστη
Εἰσαθέντες λέντες τούτην προστίχειαν πραγματεύονται
Ἐνθέντες δέ τοις οὐδὲν τούτην, εἴσερχονται τούτην

Locus refiri-
bus ex Iliad. 6.

C Όμοιος οὐδεποτε δὲ οὐγλασσεῖ παπούσιος.

Ennius hinc traxit:

Et tum sicut equi qui de præsepi bus actus,

Vincla suis magnis animis abrupit, & inde

Ferrate campi per cærula lacteasq; prata

Celso pectora, saepè iubam qualitat simul altam,

Spiritus ex anima calida spumas agit albas.

Vergilius:

Qualis ubi abruptis fugit præsepi uinclus. &c.

Nemo ex hoc uiles putet ueteres poëtas, q; uersus eorum scabri nobis uidentur.

D Ille enim stylus Ennianus seculi auribus solus placebat, & diu laborauit ætas secuta, ut magis huic molliori stylo acq; seceretur. Sed ulterius ne moror Cecinam, q; & ipse prodat, q; meminit Maronē ex antiquitate transtulisse:

De vocabulis Latinis, Græcis, barbarisq;, quibus Vergilius primus usus esse uideri posuit, cum tamen ante & ueteres hisdem usi sunt.

Capit. .1111.

T Vm Cecinna: In uerbis uel in locis quantum sibi Maro ex antiquitate quæsierit, Furius ut memor & ueteris & nouæ autorū copia disseruit. Ego conabor ostendere hunc studiosissimum uatem & de singulis uerbis ueterum apertissime iudicasse, inseruisse lecta operi suo uerba, quæ nobis noua uideri facit incuria uetus tatus. ut ecce Addita, pro inimica & infesta, quis non extimet poëtam arbitrio suo nouum uerbum sibi uoluuisse fabricari? Sed non ita est, nam quod ait: Nec sœuis addita luno Vscp aberit, id est affixa & per hoc infesta, hoc iam dixerat Lucilius in lib. XIII. his uerbis:

q; f; Simi

Addita.

Si mihi non prætor fieri additus, atq; agiter me,
Non male sic ille, ut dico, me extenderat unus. **Vergilius:**
Mane salutantum totis uomit ædibus undam.

Pulchre uomit undam & antique. Nam ait Ennius:
Et Tiberis flumen uomit in mare saltum.

Agmen. Vñ & nunc uomitoria in spectaculis dicimus, uñ hoies glomeratim ingrediētes, in sedilia se fundūt. Agmē pro actu & ductu qđam ponere nō inēle gans ē. ut Leni fluit agmine Tibris. imò & antiquū est. Ennius em̄ in. V. ait: Quod per armenam urbem leni fluit agmine flumen.

**Crepitanti-
bus flammis.** Quod ait, Crepitātibus urere flammis, non nouum usurpatū uerbum, sed prior Lucretius in. VI. posuit:
Nec res uilla magis qđ Phœbi Delphica laurus
Terribili sonitu hamma crepitante crematur.

Horret ager. Tū ferreus hastis Horret ager. Horret, mire se habet. Sed & Ennius i. xiij.
Horrescit telis exercitus asper utrīcq;. Et in Erechtheo:
Arma rident, horrescant tela. Et in Scipione:

Sparsis hastis lōgis cāpus splēdet & horret. Sed & ante omnes Homerus:
Ιπποταὶ μάχη φένει μέρος θεοῖς ιγκύραι
Μαρπίς δὲ οὐχ ημίσιος τοις.

**Tremplū lu-
men.** Splendet tremulo sub lumine pontus.
Tremulū lumē de imagine rei ipsius exp̄sum ē. Sed prior Enni. i Menalippe:
Lumine sic tremulo terra, & caua cœrula carent. Et Lucretius in VI. G
Præterea solis radijs iactatur aquai
Humor, & in lucem tremulo rarescit ab aestu.

Umbracula. Hic cādida populus antro Imminet, & lentea texunt umbracula uites. Sunt qđ extimēt hoc uerbū umbracula Vergilio autore cōpositum, cum Varro rere diuinari lib. X. dixerit, nōnullis magistratibus in oppido id genus umbraculi cōcessum. Et Cicero in V. de legib. Vis' ne igis (qm̄ sol paululū à meridie iam deuexus uideā, necq; dū satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacat) descendat ad Lirim, eaq; qđ restant, in illis alnorē umbraculis p̄sequamur? Si militer in Bruto: Sed ut & Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. &c.

Transmittere. Transmittunt cursu campos, atq; agmina cerui Puluuerentia fuga glomerant. Quod ait speciose transmittunt pro transcūt.

Sic & Lucretius in secundo:
Et circumuolant equites, mediosq; repente
Transmittunt ualido quatentes impete campos.

Defluere. Sed et Pestanus Iubonēsis sic ait: Pedibus eq̄s trāsmisimus, qđ ē trāsiuimus:
Quam tota cohors imitata, relicta Ad terrā defluxit eq̄s. Sic Furius in primo:
Ille graui subito deuinctus uulnere habenas
Milit equi, lapsusq; in humum defluxit, & armis
Reddidit aeratis sonitum.

Discludere. Tum durare solum, & discludere Nerea ponto Cooperit. Ferit aures nostras hoc uerbum discludere, ut nouum. Sed prior Lucretius in quinto:
Diffugere inde loci partes coepere, paresq;

Cum pa-

Cum paribus iungi res, & discludere mundum.

A Pastorem Tityre pingues Pascere oportet oves, deductum dicere carmen. Deductum pro tenui & subtili eleganter positum est. Sic autem & Afranius in Virgine: Verbis pauculis respondit, tristis uoce deducta, malleo se non quieuisse dixit. Item apud Cornificium: Deducta mihi uoce garrienti. Sed hec ab illo fluxerunt, quod Pomponius in Atellana qua Calendae Martiae inscribitur, ait: Vocem deducas oportet, ut mulieris uideatur uerba; lube modo affera unus, ego uocem reddam tenuem & tinnulam. Et infra: Etiam nunc uocem deducam.

Projecta^{rum} saxa Pachyni Radimus. Projecta, si secundum consuetudinem dicatur, intelligitur abiecta. Si secundum ueteres, projecta porrò iactata. Alibi ait: Projecto

dum pede laeo Apat se pugna. Sed & Sisenus in secundo dixit: Et Marsi proprius succedunt, atque ita scutis projectis, testis saxa certatim lenta manibus concipiunt in hostes. Et in eodem: Vetus atque ingens erat arbor ilex, qui circum projectis ramis maiore partem loci summi tegebatur. Et Lucretius in. lll. Quamlibet im-

Tempestu plu-

mari.

manu projectu corporis extet. Et tempestiuam sylvis euertere pinum. Hoe uerbum de pino tempestiuā à Catone sumpsit, qui ait: Pineam nucem cum effido dies, luna decrescente eximito, post meridiē, sine uento austro. Tu uero erit tempestiuā, cum semen suum maturū erit. Inseruit operi suo & Graeca uerba, sed non primus hoc ausus. Autorum enim ueterum audaciā secutus est. Dependent lychini laquearibus aureis. Sicut Ennius in. IX. Lychnorū lumina bis sex.

C Et Lucretius in. V. Quin etiā nocturna tibi terrestria qui sunt Lumina, pendentes lychni. Lucilius in. I. Porro chænopoda clinopodas, lychnosque, et Duximus cennos ante pedes lecti atque lucernas. Et quod dixit, Nec lucidus æthra Side- rea polus, Ennius prior dixerat in. XVI. Interea fax Occidit, oceanūque rubra tracti obruit æthra. Et Ilius in Theutrate: Flammīneam per æthram alte seruidam ferri facem. Dædala Circe, quæ Lucretius dixerat: Dædala tellus.

Reboant sylvaeque & magnus Olympus, quia est apud Lucretium: Nec cithara regis dedelus, Reboare. boant laqueata aurataque testa: Sed haec licentia largius sunt usi ueteres, parcius Maro. Quippe illi dixerunt & paulam, & macharam, & acotiam, & malacem, & alia similia. Necnon & Punicis Oscisque uerbis usi sunt ueteres, quoruū imitatione Vergilius peregrina uerba non respuit, ut in illo, Sylvestres urbi afflī vi. due. Vrī enim Gallica uox est, qua serui boues significantur. Et, Camuris hir-

Dæ sub cornibus aures. Camuris peregrinum uerbum est, id est in se redeuntibus. Et sorte nos quoque hac ratione cameram figuramus.

Camuris.

Epitheta que apud Vergilium noua uidetur, uenustioribus quoque, in usu fuisse. Caput .V.

Multa quoque epitheta apud Vergilium sunt, quæ ab ipso facta creduntur: sed & haec à ueteribus tracta monstrabo. Sunt autem ex his alia simplicia, ut Gradius, Mulciber: alia composita, ut arcitensis, uitifator. Sed prius de simplicibus dicam: Et discinctos Mulciber Afros. Mulciber est Vulcanus, quod ignis sit, & omnia mulcet ac domet. Actius in Philoctete: Heu Mulciber arma ignauo inuicta es fabricatus & manu. Et Egnatius de rege natura lib. I. Denique Mulciber & ipse serens altissima coeli contingunt.

Mulciber.

Hoc dique petulci Floribus insultent. Lucretius in secundo: Præterea teneri tremulis in uocibus hodi

Petulci.

q. iiij Cor-

Corniferas norunt matres agnicipetulci.

Liquidus ignis. Illud audacissimae maxima uideri possit, quod ait in bucolicis: Et liquidus simul ignis, pro puro uel lucido, seu pro effuso & abundantia, nisi prior hoc epitheto Lucretius usus fuisset in sexto:

Hac etiam fit ut de causa mobilis ille

Deuoleat in terram liquidus calor aureus ignis.

Tristis pro amero. Tristis pro amaro translatio decens est. ut, Tristesque lupini. Et ita Ennius in libro Sabinarum. IIII. Necque triste queratur sinapi, necque cæpe moestum.

Auritus lepus. Auritus lepores non Maro primus usurpat, sed Afranum sequitur, qui in prologo ex persona Priapi ait: Nam quod uulgò prædicant aurito me parere natum, non ita est.

Et ut composita subiungam, quod ait Vergilius:

Thuricremus. Veditur thuricremis cum dona imponeret aris.

Iam Lucretius in secundo dixerat,
Nam sepe ante deum uitulus delubra decora,
Thuricremas propter mactatus concidit aras.

Architenus. Quam pius arcitenens. Hoc epitheto usus est Nauius belli Punici lib. II: Deinde pollens sagittis inclitus arcitenens, sanctusque Delphis prognatus Pythius Apollo. Idem alibi: Cum tu arcitenens sagittis pollens dea.
Sed & Hostius libro secundo belli Histri:

Dia Minerua simul autem inuictus Apollo, Arcitenens, Latonius.

Sylucole. Etiam sylucole Fauni. Nauius libro. I. belli Punici:
Sylucole homines bellorum inertes.

Accius in Bacchis: Sylucole ignota inuisentes loca.

Veliniolum. Despiciens mare ueliuolum. Liuius in Helena:
Tu qui permensus ponti maria alta ueliuola.

Ennius in decimoquarto:

Cum procul aspiciunt hostes accedere uentis Nauibus ueliuolis.

Idem in Andromache:

Rapit & ex alto naues ueliuolas.

Vitifator. Vitifator seruans curuam sub imagine salcem. Accius in Bacchis:
O Dionysus pater optime vitifator Semela genitus euchaia.

Noctiuagus. Almaque curru noctiuago Phœbe.
Egnatius de rerum natura libro primo:
Roscida noctiuagis astris labentibus Phœbe,

Pulsa loco cessit concedens lucibus altis.

Bimembres. Tu nubigenas inuicte bimembres. Cornificius in Glauco:

Centauros fodere bimembres.

Caprigenu. Caprigenumque pecus nullo custode per herbas. Pacuvius in Paulo:
Quamvis caprigeno pecori grandior gressio est. Accius in Philoctete:

Caprigenum trita unguis. Idem in Minotauro:

Taurigeno semine ortum fuisse an humano.

Decenter & his epithetis Vergilius usus est: pro sagitta, uolatile ferrum: & pro Romanis, gentem togatam: quoque altero Sucuius, altero Laberius usus est.

Nam

^A Nam Suevius in lib. V. ait: Volucrumq; uolatile telū. Ac Laberius in Ephēbo: Licentiam ac libidinem ut tollam petis togatæ stirpis. Idem infrā: Idcirco ope dilatum est dominium togatæ gentis.

De figuris illis, que ita sunt peculiares Vergilio, ut apud dios aut raro, aut nunquam reperiuntur.
Caput .VI.

Figuras uero quas traxit de ueritate, si uolentibus uobis erit, cum repētina memoria suggesserit, enumerabo. Sed nūc dicat uolo Seruius, quæ in Vergilio notauerit, ab ipso figurata, nō à ueteribus accepta: uel ausu poētico nouè quidem, sed decenter usurpata. Quotidie enim Romanæ indoli enarrādo eundem uatem, necesse est habeat huius annotationis scientiā promptiorem. Placuit uniuersis electio, in reliqua sufficiet etiam adhortati sunt Seruī um, ut q̄ in se refusa sunt, annotaret. Ille sic incipit: Vates iste uenerabilis, uarie, modo uerba, modo sensus figurando multū latinitati lepōris adiecit, qualia sunt hæc: Supposita de matre nothos furata creavit: Ut ipsa creauerit, quos creari fecerit. Tepidaq̄ recentē Cæde locū. cum locus recens cæde, nouē dictus sit. Et, Hæc ait, & locū cesserunt æq̄re iusso. pro eo qđ, iussi cesserunt. Et cæso sparsurus sanguine flamas, qui ex cæsis uidelicet profundit̄. Vota deū primo uictor soluebat eoo. pro, quæ diis uota sunt. Et me consortē nati concede sepulchro. alius dixisset. Et me cōsortem nato cōcede sepulchri. Et, Illa uiā celerañ p mille coloribus arcum, id est, per arcum mille color. Et, Hic alijs spolia occisis direpta Latinis Cōsciunt igni, pro in ignem. Et, Corpore tela modo, atq; oculis uigilantibus exit, tela exit, pro uitat. Et, Senior leto canentia luma soluit, pro, ueritate senilia. Exelsaq̄ arboris antrō, pro, cauerna. Et, Frontē obsecnā rugis arat. arat, nō nimie, sed pulchre dictum. Ter secū zera to circumseri tegmine fyluā. pro iaculis. Et, Vir gregis. pro capro. Et illa q̄ pulchra sunt: Aquæ mons, telorum seges, ferreus imber, ut apud Homerum:

Εἰ δὲ καύπερ τρίπορτος θεός οὐκέπισται
Νηστοφόρος πάτερ
Δε δι μήδη μάργανων. ειδέψθε τὸ ἀργυροῦσθος
Χάλκεος δύρασθε ίνα, δι' αἵρετος ἀπρύτανος.

Locus reflig
tu ex aliis.

Ex. .

Et, Dona laboratæ Cereris. &, Oculisq; aut pectore noctem Accipit. &, Vc cisq; offensa resultat imago. &, Pacemq; per aras Exquirunt. &, Paulatim ab olere Sychæum Incipit. Sæpe etiā uerba pro uerbis pulchre ponit. Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis. ora, pro personis. Et, Discolor unde aut per ramos aura resulst. quid est enim aura aur? aut quemadmodum aura refulger? Sed tamē pulchre usurpauit. Et, Simili frondescit uirga metallo. q̄ ben ulus est frondescit metallo. Et, nigri cum lacte ueneni. nigro imponere nomer. lactis. Et, Haud aliter iusta quibus est Mezentius iræ. Odio esse aliquem, usl tatum: iræ esse, inuentum Maronis est.

Item de duobus incipit dicere, & in unum definit: Interea reges, ingenti m^c le Latinus Quadrifugo inuehitur curiq; ut est apud Homerum:

Et, Protinus Orsilochum & Busen, duo maxima Teucrūm

q. iiiij. Corr.

Corpora, sed Buten aduersum cuspide fixit. & cætera.

Iuturnam misero fateor succurrere fratri Suasi.

Cum solitum sit dici, Iuturnæ Suasi. Et, Vrbem quam statuo, uestra est. Et, Tu modo quos in spem statues submittere gētis. Præcipuum iam inde à tenebris impende laborem, pro, in eos impende.

Facit pulcherrimas repetitiones. Nam neq; Parnassi uobis iuga, nam necq; Pindi Villa moram secere. Quæ uobis quæ digna uiri pro talibus ausis? Vidi stis quo Turnus equo, quibus ibat in armis?

Nec interpositiones eius otioſæ sunt. Si te nulla mouet tantarum gloria rerum. At ramum hunc (aperit ramum qui ueste latebat) Agnoscas. Ut sceptrū hoc (dextra sceptrum nam fortè gerebat) Nunquam fronde leui.

Et illa mutatio elegantissima est, ut de quo loquebatur subito ad ipsum uerba cōuerrens. Vi bello egregias idem dissecerit urbes, Troiamq; Oechaliāq;, & duros mille labores Rege sub Eurystheo satis lunonis iniquæ Pertulerit, tu nubigenas inuitæ bimembreis. & reliqua. Illa uero intermissio, Quos ego, sed motos præstat componere fluctus, tracta est à Demosthene:

Hæc uero quām poëtica indignatio, Pro Iuppiter ibit Hic ait. Hæc miseratio: O patria, o rapti nequicq; ex hoste penates. Et illa trepidatio, Ferte citi ferrū, date tela, & scādite muros, Hostiis adeſt. Et conquestio, Mē ne igitur socium tantis adiungere rebus Nisi fugis? Quid illa excogitatio nouorum intellectuum: ut, Mentitaq; tela, & Ferrumq; armare ueneno. & Cultusq; seros molli-re colendo. Exuerint sylvestrem animum. Et, Virgineumq; alte bibit acta cruorem. ut apud Homerum de hasta.

Et, Pomaq; degenerant succos oblita priores. Et, Glacie cursus frenaret aquarum. & Mistaq; ridenti colocasia fundat acatho. Est mollis flamma medullas. Interea & tacitum uiuit sub pectore uulnus. & Duro sub robore uiuit Stappa uomens tardum sumnum. & Sæuis que canum latratus in auras. Et, Cælataque amnem fundens pater Inachus urna. & Affixa ueenis, animasq; in uulnera ponunt. Et quicquid de apibus dixit in uirorum sortium similitudinem, ut adderet quoq; mores & studia, populos & prælia. quid plura: ut & quirites uocaret. Dies me deficiet, si omnia perseguia Vergilio figurata uelim. Sed ex his q; dicta sunt, omnia similia lector diligens annotabit.

Vexare, illaudatus, & squadere, apud Vergiliū quid significant. Caput .VII.

CVm Seruus ista dissereret, Prætextatus Auienum Eustachio insulsurantem uidens, quin age (inquit) Eustachi uerecundiam Auieni probi adolescentis iuua, & ipse publicato nobis quod immurmurat. Eustachius, iam dudum, inquit, multa de Vergilio Seruum gestit interrogare, quorum enarratio respicit officiū literatoris, & tempus indulgeri optat, quo de obscuris ac dubijs sibi à doctiore fiat certior. Et Prætextatus, Probo, inq; mi Autene, q;

Aene, q̄ ea de quibus ambigis, clam te esse non pateris. Vnde exoratus sit à nobis doctissimus doctor, ut te secum negotium habere patiatur: quia in communi proficiens, quæ desideras audire. Ne tu modo ultrâ cesse aperire Seruio uiam de Vergilio differendi. Tunc Auienius totus cōuersus in Seruium: Dicas uolo, inquit, doctorū maxime, quid sit, q̄ cum Vergilius anxie semper diligens fuerit in uerbis pro causæ merito uel atrocitate ponēdis, incuriose & ab iecte in his uerbis uerbum posuit: Candida succinctā latrātibus inguina mō Gell. 2.24.6.

B Stris, Dulichias uexasse rates. Vexasse em̄ uerbum est leuis ac parui incommodi, nec tam atroci casui congruens, cum repente homines à belua immanissima rapti laniatiq̄ sint. Sed & aliud huiuscemodi deprehendi: *Quis aut Eurystheā durum, Aut illaudati nescit Busiris aras?* Hoc enim uerbum, illaudari, nō est idoneum ad exprimendam sceleratissimi hominis detestationem, qui q̄ homines omnium gentium immolare solitus fuit, non laude indignus est, sed detestatione execrationēq̄ totius generis humani dignus est. Sed nec hoc uerbum ex diligentia Vergiliana uenire mihi uidetur: Per tunicam squalentem auro. Nō enim conueni dicere, auro squalentem: quoniam nitoris splendoriq̄ auri contraria sit squaloris illuies. Et Seruius: De uerbo uexare, ita responderi pos vexare.

C Et arbitror: Vexare graue uerbum est, tractumq̄ ab eo uidetur quod est uehere, in quo inest iam uis quædam alieni arbitrii: non enim sui potens est qui uehitur. Vexare autem quod ex eo inclinatum est, ui atq̄ motu proculdubio uastore est, nam qui fert & raptatur, atq̄ huc atq̄ illuc distrahitur, is uexari proprie dicitur. Sicuti taxare pressius crebriusq̄ est, q̄ tangere, unde id proculdubio inclinatum est. Et iactare multo fusiū largiusq̄ est q̄ iacere, unde id uerbum traductum est. Quassare etiam q̄ quatere grauius uiolentiusq̄ est. Non igit̄ quia uulgo dici solet, uexatū esse quem fumo aut uento aut puluere labore uidemus, pp̄terea debet uis uera atq̄ natura ybi deperire, q̄ à ueteribus q̄ proprie & signate locuti sunt, ita ut decuit obseruata ē. M. Catonis uerba sunt ex oratione quam de Achaeis scriptis: Cumq̄ Annibal terram Italiam laceraret atq̄ uexaret. Vexatam Italiam dixit Cato ab Annibale, quando nullum calamitatis, aut sauitiae, aut immanitatis genus reperiiri queat, quod in eo tempore Italia non perpessa sit. M. Tullius quarto in Verrem: Quæ ab isto sic spoliata atq̄ direpta est, nō ut ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem & cōsuetudinis iura retineret, sed ut à barbaris prædonibus uexata esse uideatur.

D De illaudato autem duo uidentur responderi posse: Vnū est eiusmodi, Ne ille uidentur. illaudato. *Mo quisq̄ tam afflictis est moribus, q̄ faciat aut dicat nonnunq̄ aliqd, qd laudari queat.* Vnū hic antiquissimus yslus uice proverbij celebratus est:

Φ πολλάκις οὐδὲ κατέπειρεν.

E Sed enim qui in omni re atq̄ in omni tempore omni laude uacat, is illaudatus est, isq̄ omnium pessimus deterrimusq̄ est. Sicuti omnis culpæ priuatio, in culpa patrum facit. Inculpatus autem instar est absolutæ uirtutis. Illaudatus quoq; igit̄ finis est extremae malitiae. Itaq; Homerus non uirtutibus appellandis, sed uitij detrahendis, laudare ampliter eam solet. Hoc enim est:

ηρῶν αὐτὸν πειθίσθω.

Ἐγενόμη δὲ τὴν ἀγαθὴν μηδὲν εἶπεν.

Dicitur habent modum naturae qui uoluptate proptere*re* ter dicitur sed let dicitur modum habent.

Ex Gellio.

Epicurus quoque simili modo maximam uoluptatem priuationem detracti-
onemque omnis doloris definiuit, his uerbis: οὐ το εὐτυχεῖν τι γίγνεται. Eadem
ratione idem Vergilius inamabilem dixit Stygiam paludem. Nam sicut illau-
datum πλευραν laudis, ita inamabilem per amoris αἰσθητην detestatus est. Altero
modo illaudatus ita defenditur. Laudare significat pr̄seca lingua nominare, ap-
pellare ē. Sic in actionibus ciuilibus autor laudari dicitur, quod est nominari.
Illaudatus ergo est, quasi illaudabilis, id est nunquam nominandus, sicuti ἐν
dam à communī consilio Asiae decretum est, uti nomen eius qui templū Di-
ante Ephesiæ incenderat, ne quis ullo in tempore nominaret. Tertium restat ex
his quæ reprehensa sunt, quod tunicam squalemē auro dixit. Id autem signi-
ficiat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti. Squalere em di-
ctum ab squamarum crebritate, asperitate ē, quæ in serpentum piscium ue-
crosis uisuntur. Quā rem & alij, & hic idem poeta locis aliquot demōstrat. Quē
pellis, inquit, ahenis In plumam squamis auro conserua tegebat. Et alio loco:
Iamque adeo rutilum thoracæ induitus, ahenis Horrebat squamis. Accius in Pe-
lopidis ita scribit: Eius serpentis squamæ squalido auro & purpura præte-
xta. Quicquid igitur nimis inculcatum oblitumque aliqua re erat, ut incuteret
uisentibus facie noua horrorem, id squalere dicebatur. Sicut in corporibus in-
cultis squamosisque alta congeries sordium, squalor appellatur. Cuius significa-
tionis multo afflidoque usū totum id uerbum ita cōtaminatum est, ut iam squa-
lor de re alia nulla ē de solis inquinantibus dici cooperit.

Alij tres loci apud Vergilium explicati.

Capit .VIII.

Gell. 5.ca.8.

Libato.

Gratum mihi est (Auienus inquit) correctum, quod de optimis dictis
male opinabar. Sed in hoc uersu mihi uidetur deesse aliquid: Ipse qui
grinali lituo paruaque sedebat Succinctus trabea. Si enim nihil deesse cō-
cedimus, restat ut siat lituo & trabea succinctus, quod est absurdissimum. Quippe
cum lituus sit uirga brevis, in parte qua robustior est incurva, qua augures
utuntur, non video qualiter possit lituo succinctus uideri. Respondit Serui-
us: Sic hoc dictum esse, ut pleraque dici per defectiōnem solent. Veluti cum di-
citur: M. Cicero homo magna eloquentia, & Roscius histrio summa uenusta-
te: Non plenum hoc utruncque, nec perfectum est: sed enim pro pleno ac perse-
cto auditur. Ut Vergilius alio in loco: Victorem Buten immanni corpore, id
est corpus immane habentem. Et item alibi: In medium geminos immani pon-
dere cæstus Projicit. Ac similiter: Domus sanie dapibusque cruentis. Sic igitur
id quoque dictum uideri deberi. Ipse quirinali lituo, id est lituus quirinalem te-
nens. Quod minime mirandum foret, si ita dictum fuisset, Picus quirinali lituo
erat, sicuti dicimus, statua grandi capite erat. Et est autem, & erat, & fuit, plerū-
que absunt cū elegantia, sine detrimento sententiae. Sed quoniā litui facta men-
tio est, prætermittendum non est, quod posse queri animaduertimus, utrum à
tuba lituus auguralis appelletur, an tuba à lituo augur, lituus dicta sit. Vtrum
que enim pari forma & pariter in capite incuruu est. Sed si (ut quidam putat)
tuba à sonitu lituus appellata ē ex illo Homeri uersu λύγει μέρος, necesse ē ut uit-
ga au

A ga auguralis à tubæ simili studine, lituus vocetur. Utī autē uocabulo isto Ver
gilius pro tuba, ut ibi: Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.

Subiecit Auienus: Maturate fugam, quid sit parum mihi liquet. Contraria Gellio. c. 11.
Maturare.
eī mihi uidetur fuga maturitati. Vnde quid de hoc uerbo sentendum sit, quae
so me doceas. Et Seruius: Nigidius homo omnium bonarū artium discipli-
nis egregius: Maturare, ingr. est quod necq; citius, necq; scrius, sed medium qd-
dam & tēperatum est. Bene atq; proprie Nigidius. Nam & in frugibus & ita
pomis matura dicuntur, q; necq; cruda & immixta sunt, necq; caduca & nūnium
cocta, sed tempore suo temperate adulta. Hanc interpretationem Nigidianam
diuus Augustus duobus uerbis Græcis eleganter exprimebat. Nam & dicere
in sermōibus, & scribere in epistolis solitū serūt, ~~convenit~~ & ~~est~~ & ~~est~~. Per quod mo-

B nebat, ut ad rem agendā simul adhibere & industria celeritas, & tarditas dili-
gentia. Ex quibus duobus cōtrarijs, si maturitas. Sic ergo Vergilius inducit
Neptunū discessum uentis impantem, ut & tam cito discedant tanq; fugiant, &
tamen standi mediocritatē in regressu teneāt, tanq; mature, id est tēperate, abe-
unte. Vere ēī, ne in ipso discessu classi noceant, dum rapiu nimio tanquā p
fugam redeunt. Idem Vergilius, duo ista uerba maturare & properare, tan-
quam plene cōtraria sc̄issimē separauit his uerbis: Frigidus agricolā siquā
do cōtinet imber, Multa, forent quae mox celo properanda sereno, Maturare
datur. Bene & eleganter duo ista uerba diuisit. Nanq; in præparatu rei rusti-
cae, per tempestates & pluuias, quoniam & necessitate otium est, maturari po-
test: per serenas uero quoniam tempus instat, properari necesse est. Sane cum

C significandū est coactius quid & festinatus factum, rectius hoc dicitur p̄matu
re factum, q; mature. Sicuti Afranius dixit in togata, cui titulus nomē est: Ap-
petit dominatum demens præmature præcōcem. In quo uerbu animaduertendū
est, quod præcōcem, inquit, non præcōquem. Est enim casus eius rectus
non præcōquis, sed præcox. Hic Auienus rursus interrogat: Cum Vergi-
lius, inquit, Aeneam suum tanquam hominem pium à cōtagione atrocis uilus
apud inferos uindicauerit, et magis eum fecerit audire reorum gemitus, quam
ipsa uidere tormenta, in ipsos uero campos piorum licenter induixerit, cur hoc
tantum uerbu ostēdit illi partem locorum, quibus impij cohiseban̄t, Vestibulū
ante ipsum primisq; in fauibus orci? Qui enim uestibulum & fauces ui-
det, intra ipsam ædem iam sine dubitatione successit: aut si quid aliud de uestibulū
uocabulo intelligendum, scire desidero.

D Ad hæc Seruius: Pleraq; sunt uocabula s̄bus uulgō utimur, non tamen liquidō animaduertimus, quid ea ex
uera proprietate significet, sicuti est uestibulū in sermonibus celebre atq; obui
um uerbu, nō in om̄ibus tamen qui illo facile utūrur, liquidō expectatum. Pu-
tant enim uestibulum esse partem domus priorem, quam atrium uocant. Sed
Cæcilius Gallus uir doctissimus, in libro de significatione uerborum quae ad
ius ciuile pertinēt sc̄do, uestibulum dicit esse non in ipsiæ ædibus, necq; ædium
partē, sed locum ante ianuā domus uacuum, per quem de uia aditus accessusq;
ad fores ædium fit. Ipsa enim ianua procul à uia siebat, area intersita, quae uaca-
ret. Quae porrò huic uocabulo ratio sit, quare multū solet. Sed q; scripta apd
idoneos autores legi, proferre in mediū nō pigebit. Vac particula, sicuti quae
dam

dam alia, tum intensionē significat, tum minutionem. Nam uetus & uehemēs,^s
alterum ab ætatis magnitudine compositum elisumq; est, alterum à nimio im-
petu & ui mēnis instructum. V eos autem & uesanū, priuationem significat
sanitatis & cordis. Diximus autem superius, eos qui amplas domus antiquas
faciebāt, locum ante ianuam uacuum relinquere solitos, qui inter fores domus
& uiam mediūs esset. In eo loco qui dominū eiusdem domus salutatum uene-
rant, priusquam admitterentur, consistebant. Et neq; in uia stabant, neq; intra
ædes erant. Ab illa ergo grandis loci consiſtione, & quasi quadam stabulatio-
ne, uestibula appellata sunt spatia, in quibus multū staretur ab aduentientibus,
priusquam intromittarentur in domum. Alij consentientes uestibula eadem ef-
se que diximus, in sensu tamen uocabuli diſſentiantur. Referunt enim non ad eos
qui adueniunt, sed ad illos qui in domo commanent, quoniam illuc nunquam
consistunt, sed solius transitus causa ad hunc locum ueniūt, excundo siue rede-
ndo. Siue igitur secundum priores per augmentum, siue per secundos per di-
minutionem intelligendū est, tamen uestibula cōstat aream dici, que à uia do-
mum diuidit. Fauces autem iter angustum est, per quod ad uestibulum de uia
flectitur. Ergo Aeneas, cum uidet huius atq; uestibulum domus impiorum,
non est intra domum, nec contactu ædium excrabilis scuoq; polluitur: sed de
uia uidet loca inter, uiam & ædes locata.

Bidentes quid significant, & unde dicta. Deinde egrem id ipsum significare nonnunq; quod
significatur nomine equi.

Caput .IX.

Gell. 16.2.6.

Bidentes hostiæ quid essent, inquit Auienus, interrogavi quandam de
grammaticorum cohorte. Et ille bidentes, oues esse respondit, idcircoq;
lanigeras adiectum, ut oues planius demonstrarentur. Esto, inq; oues
bidentes dicantur. Sed que ratio huius in ouibus epitheti, scire, in quam, uolo.
Atque ille nihil cunctatus, Oues, inquit, bidentes dicta sunt, quod duos tantū
dentes habeant. Tunc ego: Vbi terrarum, quælo te inquam, duos solos p na-
turam dentes habet oues aliquando uidisti? Ostentum enim hoc est, & factis
piaculis procurandum. Tum ille permotus mihi & irritatus: Quare, inquit, ea
potius, que à grammatico querenda sunt. Nam de ouium dentibus opiliones
percontator. Facetas ego nebulonis hominis risi, & reliqui. Sed te percontor
quasi ipsius uerborum naturæ conscientia. Tum Seruius: De numero denti-
um quem ille opinatus est, reprehendens à me non est, cum ipse iam riseris.
Verum procurandum mihi est, ne illud obrepat, quod bidentes epitheton sit
ouium, cum Pōponius egregius Atellanarum poëta in Gallis trāalpinis hoc
scripterit: Mars tibi uoueo facturum, si unquam rediero, bidente uerre. P. au-
tem Nigidius in libro quem de exitis cōpoluit, bidentes appellari ait, non oues
solas, sed omnes bestias bimas. Neque tamen dixit, cur ita appellantur. Sed in
commentarijs ad ius pontificum pertinentibus, legi bidentes primū dicta sunt,
d litera ex supfluuo (ut sāpē assolet) interiecta, sicut pro reire redire dicitur, & pro
reamare redamare, & redarguere pro rearguere. Ad hiatum enim duarum uo-
calium procurādum, interponi solet d litera. Ergo bidentes primū dicta sunt
quasi biennes: & lōgo usu loquendi corrupta est uox, & ex bidentibus biden-
tes dicta. Higinus tamen, qui ius pōtificum nō ignorauit, in quinto librorum,
quos de

Bidentes.

quos de Vergilio fecit, bidētes appellari scripsit hostias, q̄ per ætatem duos denates altiores haberent, p̄ q̄s ex minore in maiore transcendisse cōstaret ætatem.

Iterz querit Auienus, his yſibus, Frena Pelethonij Lapiithæ gyrosq; de-
dere Impositi dorſo, atq; eq̄tem docuere sub armis Insultare solo, ergoſſus glo-
merare ſugbos, cur Vergilius equi officiū eq̄ti dederit. Nam insultare solo, &
glomerare gressus, equi cōſtat eſſe, nō eq̄tis. Bñ, inq̄t Seruius, haec tibi quæ
ſtio nata ex incuria ueteris lectionis. Nā q̄a ſeculum nīm ab Ennio, & om̄i bi-
bliotheca uetere deſciuit, multa ignoramus, q̄ nō laterent, ſi ueterz lection nobis
eſſet familiaris. Om̄es em̄ antiqui lcriptores, ut hoīem eq̄ insidētem, ita & equū
cum portaret hoīem, eq̄tem uocauerū, & eq̄tare nō hoīem tm̄, ſed equum q̄c̄
dixerūt. Ennius lib. annaliū VII. ait: Deniq; uī magna quadrupes eques, atq;
B elephāti Projiciunt ſeſe. Nunq; dubiū eſt, quin eq̄tem in hoc, iſpsum equum di-
xerit, cum addidifſer illi epitheton quadrupes. Sic & eq̄tare, qđ uerbum ē uo-
cabulo eq̄tis inclinatū eſt, & homo utens equo, & equus ſub hoīe gradiens, di-
cebat. Lucilius nanc̄ uir apprīmè lingue Latinā ſcius, equum & currere &
eq̄tare dicit hoc uerſu: Nempe hunc currere equū nos atq; eq̄tare uidemus. Er-
go & apud Maronē, qui antiquæ latinitatis diligens fuīt, ita intelligendum ē,
Atq; equitem docuere ſub armis, id eſt docuerunt & equum portantem homi-
nem insultare solo, & gressus glomerare ſuperbos. Subiecit Auienus: Cum
iam trabibus contextus acernis Staret equus, ſcire uellē in equi fabrica caſū ne
an ex induſtria hoc genus ligni nominauerit. Nam licet unū pro q̄libet ligno
C ponere poēticæ licentiae ſit, ſolet tamē Vergilius temeritatēm licentiae nō ama-
re, ſed rationis certae uim in reꝝ uel nominu electione ſeruare.

Dolendum erat proſectō, ne hunc quidem librum haberi integrum, ſi, que in prioribus libris deſiderantur,
non ita magni eſſent momenti. Nunc quemadmodum grauiores non nunquam morbi eſſe ſolent in caſe, ut qui
deinde morbi accedunt, non facile ſentiātur, ita precedentia librorum hiatus, tanto nimis ſtudioſos om̄es
dolore afficiunt, ut hic uix illius eſſe poſſa dolori locuſ.

MACROBII AVRELII

THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLV
ſtrū ſaturnaliorum liber septimus.

D

Quando, & quibus de rebus philofophandū in conſuicio.

Cepit .I.



RIMIS mensis post epulas fam remotis, & diſcurſim uarian-
tibus poculis minutiorib; Prætextatus, ſolet cibus, inquit,
cum ſumitur tacitos efficere, potus loquaces. At nos & inter
pocula ſilemus, tanquam debeat ſeris uel etiam philosophi-
cis carere tractatibus tale conuiuum. Et Symmachus, Ve-
rum' ne ita ſentis Vecti, ut philofophia conuiujs interſit: &
non tanquam censoria quædam, & plus nimio uerecunda maters familiā ſe pene
tralibus ſuis contineatur, nec miſeat ſe Libero, cui etiam tumultus familiares
ſunt, cum ipſa huius ſit uerecundiæ, ut ſtrepitum non modo uerborum, ſed ne-
cogitati-

cognitionum quidem, in sacrarium suæ quietis admittat. Doceat nos uel pere grina institutio, & disciplina à Parthis petita: qui solent cum concubinis, non cū coniugibus inire conuiua: tanç̄ has & in uulgs produci, & lasciuire q̄c̄ illas non nisi dormi abditas, tueri deceat tectum pudorem. An ego censeā producendā philosophiam, q̄ rhetorica uenire ars, & professio popularis erubuit? Isocrates em̄ Græcus orator, q̄ uerba prius libera, sub numeros ire primus co egit, cum in conuiuio à sodalibus oraretur, ut aliquid iu medium de eloquētiæ suæ fonte proferret, hāc ueniam deprecatus est: Quæ præsens, inquit, locus & tempus exigit, ego non calleo: quæ ego calleo, nec loco præsenti sunt apta nec tempor. Ad hæc Eustachius: Probo Symmache propositum tuum, quod philosophiam ea, quam maximam putas, obseruatione ueneraris, ut tantum intra suum penetral existimes adorandam. Sed si propter hoc à conuiujs exulabit, procul hinc facessant & alumnae eius, honestatem dico & modestiam, nec minus cum sobrietate pietatem. Quam enim harum dixerim minus esse uenerabilem? Ita fit, ut ab eiusmodi cœtibus relegatus matronarum talium chorus, libertatem cōuiuorum solis cōcubinis, id est uitij & criminibus addicat. Sed absit, ut philosophia quæ in scholis suis solicite tractat de officijs cōuiualibus, ipsa conuiuia reformidet, tanquam non possit rebus afferere, quæ solet uerbis docere: aut nesciat seruare modum, cuius in om̄ibus humanæ uite actibus terminos ipsa constituit. Nec enim ita ad mensas inuito philosophiam, ut non se ipsa moderetur, cuius disciplina est rerum om̄ium moderationem docere. Ut ergo inter te & Vectium uelut arbitrali iudicatione componam, aperiam qui dem philosophiae tricliniorum fores: sed spondeo sic interfuturam, ne mensurā noræ sibi ac sectatoribus suis dispensationis excedat. Tunc Furius: Quia te unicum Eustachii, inquit, sectatore philosophia nostra ætas tulit, oratus sis, ut modum dispensationis, quam das ei conuiuant, nobis ipse patefacias. Et Eu stachius: Primū hoc eam scio seruatur, ut secum æstimet præsentium ingenia conuiuar. Et si plures peritos, uel faltem amatores sui in conuiujs societate repererit, sermonē de se patiē agitari. Quia uelut paucæ literæ mutæ, disp̄sa inter multas uocales, in societatem uocis facile manuſeuſunt: ita rariores imperiti gaudentes confortio peritorum, aut cōsonant si qua possunt, aut rerum talium capiūtur auditu. Si uero plures ab institutione huius disciplinæ alieni sint, prudenteribus qui pauciores intererūt, sanciē dissimulationem sui, et patietur loqua citatem maiori parti amiciorem sociare, ne rara nobilitas à plebe tumultuofio re turbetur. Et haec est una de uirtutibus philosophiæ: quia cum orator nō ali- ter nisi orando probetur, philosophus non minus tæendo pro tēpore q̄ loquē do philosophatur. Si ergo pauci aderunt doctiores, in consensum rudis cōsor- tij, salua & inter se quicquid uerī notione migrabunt, ut omnis discordiæ fu- spicio facessat. Nec mirum si doctus faciet, quod fecit quondam Pisistratus Athe nae tyrannus: qui cum filijs suis rectum dando consilium non obtinuit, sed as- sensum, atq̄ ideo esset in similitate cū liberis, ubi hoc æmulis causam suis gau dij cōperit, ex illa discordia speratibus in domo regnatis nasci posse nouitatē, uniuersitate ciuiū conuocata, ait, succēsuſ qđem se filijs non acquiescentibus patriæ uoluntati, sed hoc sibi postea uisum paternæ aptius esse pietati, ut in sen- tentiā

phō cōuiuarii
in primis esse
speciālē inge-
nia, et proho-
rum qualitate
nūc tacēū cō-
nūc loquendū.

A tentiam liberorum ipse concederet. Sciret igitur ciuitas, sobolem regis cum patre esse concordem. Hoc commento spem detraxit insidiantibus regnantis quieti. Ita in omni uitae genere, præcipueq; in lœtitia coniuiali, omne quod uidetur absentem, in unam cōcordiam soni salua innocentia redigendum est. Sic Agatho nis conuiuiū, quia Socrates, Phaedros, Pausanias, & Erisymachos habuit, sic ea coena quā Callias doctissimus dedit, Carneadē dico, Antisthenem, & Hermogenem, cæterosq; his similes, uerbum nullum nisi philosophū sensit. At uero Alcinoi uel Didonis mensa, quasi solis apta delicijs, habuit hæc loppam, illa Polyphemum, cithara canentes. Nec deerat apud Alcinoum uiri saltatores, & apud Didonem Bitias, sic hauriēs merum, ut se totum superflua eius effusio ne prolueret. Non ne si q̄s aut inter Phæacas, aut apud Pecones, sermōnes de sapientia erutos conuiualibus fabulis miscuisse, & gratiam illis cœtibus aptam pderet, et in se risum plane iuste moueret. Ergo prima eius obseruatio erit aeti mare conuiuas. Deinde ubi sibi locum patere uiderit, non de ipsis profunditatis suar; inter pocula secretis loquetur: nec nodosas & anxias, sed utiles quidem facilesq; questiones mouebit. Nam sicut inter illos, qui exercitiū genus habent in medijs saltare conuiuijs, si quis ut se amplius exerceat, uel ad cursum, uel ad pugillatum, sodales lacessuerit, quasi ineptus relegabitur ab alacritate consortij: lic apud mensam, quando licet, apertis philosophandum est: ut crateri liquoris ad lœtitiam natū, adhibeat non modo nymphar; sed musarum quoq; admīstione temperies. Nam (sicut fati necesse est) in omni conuentu auctoracendum est, aut loquendum. Quæramus, silentium ne conuiuijs, an & opportunus sermo conueniat. Nam si, sicut apud Athenas Atticas Areopagitæ racentes iudicant, ita inter epulas oportet semper sileri, non est ultra querendum, inter mēs philosophandum, nec ne sit. Si uero non erunt muta cōsilia, cur ubi sermo permittitur inhonestus, honestus prohibetur: maxime cum non minus q̄d dulcedo uini hilarent uerba conuiuiū. Nam si Homeri latenter prudentiā inscri teris altius, delinimentum illud quod Helena uino miscuit, non herba fuit, nō ex India succus: sed narrandi opportunitas, quæ hospitem mceroris oblitū flexit ad gaudium. Ulyssis em̄ præclara facinora filio præfense narrabat,

πάτερ μὴν οὐκ ἐπὶ τρυπαῖς μαθησόμενοι, οὐδὲ ἐπιμέλεια
τῶν οἰωνῶν οὐ ταλαιπώρων οὐ τοῦ ἔπειτα.

D ΛΑΛΛΑ θεοὶ τὸ δέ τρίτην καρπούς διέπειν
Διάμετρον τὸν τρίτον καρπόν τούτον ἀχειροῖ.

Ergo paternam gloriam & singula eius fortia facta dicendo, animum filij fecit alaciorem, & ita credita est cōtra mcerorem uino remedium miscuisse. Quid hoc, inquit, ad philosophiam? Imo nihil tam cognatū sapientiæ, quam locis & temporibus aptare sermones, personar; quæ aderunt aestimatione in medium uocata. Alios em̄ relata incitarunt exempla uirtutum, alias beneficiorum, non nullos modestiæ: ut & qui aliter agebant, saepe auditis talibus ad emendationē uenirent. Sic aut uitijs irretitos, si & hoc in conuiuijs exegerit loquendi ordo, seriet philosophia nō sentientes, ut Liber pater thyrso serit per obliqueuationem circumfusæ hederae mucrone: quia nō ita prositebitur in conuiuio censorem, ut palam uitia castiget. Cæterum his obnoxij repugnabunt, & talis erit cōui-

De quibus rebus
philosophiā
in conuiuio, si
modo philoso-
phandi detur
occasio.

Officē. 4.

conuiuij tumultus, ut sub huiusmodi inuitati uideantur edicto.
Quod supereft, lati bene gestis corpora rebus
Procurate uiiri, & pugnam sperate parati.

Aut ut Homerius breuius & expressius dixit,

Illiades. 19.

Nō wā ḥ̄x̄s̄ wā d̄w̄w̄, ūe ḡw̄d̄-w̄w̄d̄ ū̄z̄.

Ergo si opportunitas necessaria reprehensionis emerget, sic à philosopho proficet, ut & tecta & efficax sit. Quid mirū, si seriet sapiens (ut dixi) non sentientes, cum interdū sic reprehendat, ut reprehensus hilaret? Nec tñ fabulis suis, sed in interrogationibus quoq; uim philosophiae nihil ineptum loquentis ostendat. Hāc ergo nullus honestus actus, locūsue, cœtus nullus excludat, quæ ita se aptat, ut ubiq; sic appareat necessaria, tanq; abesse illam nefas fuerit.

De quibus libenter quisq; interrogentur.

Caput .II.

F

ET Auienus: Nouas mihi duas disciplinas uideris inducere, interrogandi uel etiam reprehendendi, ut alacritas utrinq; ijs ad quos sermo est exercitetur, cum dolor semper reprehensionem uel iustum sequatur. Vnde haec quæ leviter attigisti, fac quæso enarrando planiora. Primum, inquit Eu stachius, hoc tenetas uolo, non de ea me reprehensione dixisse, quæ specie accusationis habet, sed q; uituperationis instar est. Hoc Graeci sc̄oma vocant, nō minus quidem amarum quam accusatio, si importune proferatur. Sed à sapiente sic proferetur, ut dulcedine quoq; non careat. Et ut prius tibi de interrogando respondeam: Qui uult amēnus esse consultor, ea interrogat, quæ sunt interrogato facilia responsi, & quæ scit illū sedula exercitatione didicisse. Gaudet enim, quisquis prouocatur ad doctrinam suam in medium proferēdam: quia nemo uult latere quod didicit: maxime si scientia quam labore quaesuit, cum paucis illi familiaris, & plurimis sit incognita, ut de astronomia, uel dialectica, cœterisq; similibus. Tunc enim uidentur consequi fructum laboris, cum adipiscuntur occasionem publicandi quæ didicerant sine ostentationis nota: qua caret, q; non ingerit, sed inuitatur ut proferat. Cōtrā, magnæ amaritudinis est, si coram multis interroges aliquem, quod non optima scientia quaesuit. Cogitur enim aut negare se scire, quod extreum uerticundia damnum putant: aut responde re temere, & fortuito se euentui ueri falsi ue committere. Vnde saepè incitiat proditio, & omne hoc infortunium pudoris sui imputat consulenti. Nec non & qui obierunt maria & terras, gaudent cum de ignoto multis uel terrarum sru, uel sinu mariis interrogantur: libenterq; r̄ndent & descriptibunt, modo uerbis, modo radio loca: glorioſissimum putantes, quæ ipsi uiderint, aliorum oculis obijcere. Quid duces & milites, qui fortiter à se facta semper dicturiū, & tamen tacent arrogantiæ metu: Non ne si ut haec referant inuitentur, mercede sibi laboris extimant persolutam, remunerationem putantes, inter uolentes narrare quæ fecerint? Adeo autem id genus narrationum habet quandam gloriæ sapore, ut inuidi uel æmuli forè præsentes sint, tales interrogationes obstrependo discussiant, & alias inserendo fabulas prohibeant illa narrari, quæ solent narranti laudem creare. Pericula quoq; præterita, uel ærumnas penitus absolutas qui euasi: ut referat, gratissime prouocatur. Nam qui adhuc in ipsis uel paululum detinetur, horret admonitionem, & formidat relatum. Ideo Eu-

ripi-

Quibus de re
bus interrogat
ri quis cupiat.

Aripides expreslūt. adiecit enim *adversus*, ut ostenderet post finem malorum gratiam relationis incipere. Et poëta noster adiçiendo olim, quid nisi post emela in fortunia futuro tempore iuuare dicit memoriam sedati laboris? Forsan & haec olim meminisse iuuabit. Nec negauerim esse malorum genera, quae nō uult q̄ pertulit uel transfacta meminisse, nec minus interrogatus offenditur, q̄ cum in ipsis malis fuit: ut qui carnifex expertus est, & tormenta membrorum, ut q̄ infaustas pertulit orbitates, uel cui nota quandam asticta censoria est. Causa interroges, ne uidearis obijcere. Illum s̄epe si potes ad narrandum prouoca, qui recitando fauorabiliter exceptus est, uel qui libere & feliciter legationem peregit, uel qui ab imperatore comiter assabiliter p̄ceptus est, uel si quis tota pēnī classe à piratis occupata, seu ingenio, seu uiribus solus euanis: q̄a uix implet desiderium loquentis, rerum talium uel lōga narratio. Iuuat, si quem dicere ius seris amici sui repentinam felicitatem, quam spontē non audebat uel tacere uel dicere, modo iactantiae modo malitiæ metu. Qui uenatibus gaudet, interrogetur de sylva ambitu, de ambage lustrorum, de uenationis euentu. Religiosus si adeſt, da illi referēdi copiam, quibus obſeruationibus meruerit auxilia deoꝝ, q̄tus illi ceremoniarum fructus: quia & hoc genus religionis existimāt, numi num beneficia non tacere. Adde, quia uolunt & amicos ſe numinibus extimari. Si uero & senex præſens est, habes occasionem qua plurimum illi contulisse uidearis, si eum interroges, uel quae ad illum omnino non pertinent. Eſt enim huic ætati loquacitas familiaris. Hæc sciens Homerus, quandam congeriem ſi mul interrogationum Nestori fecit offerri:

C N̄M̄ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Τ̄Ε Λ̄ΙΩΝ ΔΙΑΤΗΛΛΟΝΤΑ ΚΩΣΤ̄ ΗΡΑΚΛ̄ΙΟΥ.
Ν̄ΙΟΣ Λ̄ΙΩΝ ΔΙΑΤΗΛΛΟΝΤΑ ΜΗΑΣ ΚΩΣΤ̄ ΦΡΟΝΤ̄ Λ̄ΙΩΝ
ΤΡ̄ΙΟΣ ΥΟΣ Λ̄ΙΩΝ ΔΙΑΤΗΛΛΟΝΤΑ ΑΙΓΑΙΟΥ ΗΡΑΚΛ̄ΙΟΥ
Ν̄Ε Π ΜΟΙ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Λ̄ΙΩΝ ΔΙΑΤΗΛΛΟΝΤΑ ΗΡΑΚΛ̄ΙΟΥ.
Ε Ν̄ΙΟΣ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ ΣΩΝ Δ̄ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Λ̄ΙΩΝ
ΠΑΝΔΕΙΑΝ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ
ΕΝ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ
Λ̄ΙΓΑΙΩΝ ΔΙΑΤΗΛΛΟΝΤΑ Λ̄ΙΩΝ ΔΙΑΤΗΛΛΟΝΤΑ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ
Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Λ̄ΙΩΝ ΔΙΑΤΗΛΛΟΝΤΑ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ Λ̄ΙΩΝΔΑΙΩΝ
ΠΛΑΖΑΙΤ Λ̄ΙΩΝ ΔΙΑΤΗΛΛΟΝΤΑ, Λ̄ΙΩΝ ΔΙΑΤΗΛΛΟΝΤΑ

Locus illustra-
tus ex. 3. Odyſſe

B Tot loquendi semina interrogando congeſſit, ut pruritum ſenectutis expleret. Et Vergilianus Aeneas gratum ſe ad omnia præbens Euandro, uarias illi narrandi occaſiones ministrat. Neq; enim de una re aut altera requirit, ſed ſingula laetus Exquiritq; auditq; uirtutum monumenta priorum. Et Euander eonſultationibus captus, ſicutis q̄ multa narrauerit.

De uario ſcommatum genere, & quā cante his utendum inter cōiuas. Capit. III.

H Aec dicentem fauor exceptit omnium. Sed mox ſubiecit Auientus: Vos homines qui doctoꝝ doctiſſimi adeſti orauerim, ut hortatu uelstro Euſtachius, quae de ſcommate paulo ante dixerit, animetur aperire. Omib; ad hoc prouocantibus, ille contexuit: Praeter categorian quae eſt *þy@*, & præter *þy@* quae delatio eſt, ſunt alia duo apud Græcos nomina, Icedoria, & ſcomma; quibus nec uocabula latine reperto, niſi forte dicas Icedoria expo-

ratio

brationem esse ad directam contumeliam. Scomma enim penè dixerim mor-
 sum figuratum, quia saepe fraude uel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud in
 telligas. Nec tamen semper ad amaritudinem pergit, sed nonnunquam īs in
 quos iacit & dulce est. Quod genus maxime uel lapiēs, uel aliās urbanus ex-
 ercit, præcipue inter mensas & pocula, ubi facilis est ad iracundiam prouoca-
 tio. Nam sicut in præcipiti stante uel leuis flatus impellit: ita uino uel infusum,
 uel aspersum, paruuus quoq; dolor incitat in furorem. Ergo cautius in cōuiuio
 abstinentia scommate, quod teatam intra se habet iniuriam. Tanto em̄ pressi
 us haerent talia dicta, quām directæ Icedoriae, uel hamī coagulosi, quām dire-
 cti mucrones tenacius insiguntur: maxiheq; dicta huiusmodi risum præsentibus
 mouent, quo uelut assensu genere cōfirmatur iniuria. Est autem Icedoria
 huiusmodi: Oblitus ne es quia falsamenta uendebas: Scomma autem, quod di-
 ximus saepe contumeliam esse caelatam, tale est: Meminimus quando brachio
 te emungebas. Nam cum res eadem utroque dicta sit, illud tamen Icedoria
 est, quod apte obiectum exprobratumq; est: hoc scōma, quod figurare. Octa-
 uius qui natu Libyus uidebatur, Ciceroni recitanti ait: Non audio quād dicas.
 Ille respōdit, Certe solebas bene foratas habere aures. Hoc eo dictum est, quia
 Octavius Libys orisūdus dicebatur, quibus mos est aurem forare. In eundem
 Ciceronem Laberius, cum ab eo ad confessum non reciperetur, dicentem: Re-
 ciperem te nisi anguste sederemus, ait ille nimis mordaciter: Atqui solebas du-
 abus sellis sedere. obijcens tanto uiro lubricum fidei. Sed id quod Cicero di-
 xit, nisi anguste sederemus, scomma est in C. Cæsarē, qui i senatum passim tam
 multos admittebat, ut eos quatuordecim gradus capere nō possent. Tali ergo
 gñē, quod scēnum contumeliae est, abstinentia sapienti semper, cæteris in con-
 uiuio. Sunt alia scommata minus aspera, quasi edentatae beluae mortuis: ut
 Tullius in consulem qui uno tantum die conlulatum peregit, Solent (inquit) ef-
 se flamines diales, modo consules diales habemus. Et in eundem, Vigilantissi-
 mus est consul noster, qui in consulatu suo somnum non uidit. Eiderūq; expro-
 branti sibi, quod ad eundem consulem nō uenisset, Veniebam, inquit, sed nox
 me comprehēdit. Hæc & talia sunt, quād plus urbanitatis, minus amaritudinis
 habent, ut sunt & illa de nonnullis corporeis uitij aut parum, aut nihil gignen-
 tia doloris: ut si in caluitum cuiusquam dicas, uel in nasum, seu curuam erecti-
 onem, seu Socraticam depressionem. Hæc em̄ quanto minoris infortunij sunt,
 tanto lenioris doloris. Contrà, oculorum orbitas non sine excitatione commo-
 tionis obijcitur. Quippe Antigonus rex Theocritum Chium, de quo iuraue-
 rat quod ei parsurus esset, occidit propter scomma ab eodem de se dictum. Cū
 enim quasi puniendus ad Antigonū raperetur, solātibus eum amicis, ac spem
 pollicentibus, quod omnino clementiam regis extinxerit esset cum ad eius ocu-
 los uenisset, respondit: Ergo impossibilem mihi dicitis spem salutis. Erat autem
 Antigonus uno orbatus oculo. Et importuna urbanitas, maledicacem luce pri-
 uauit. Nec negauerim philosophos quoq; incurrisse nōnunquam per indigna-
 tionem hoc genus scommatis. Nam cum regis libertus ad nouas diuitias nup-
 erectus, philosophos ad conuiuio congregasset, & irridendo eorum minuru-
 las questiones, scire se uelle dixisset, cur ex nigra & alba faba pulmentum uni-
 us coloris

Alterū genus
scommata.

A **us coloris edatur, Aridices philosophus indigne ferens, tu nobis** (inquit) **absolue, cur de albis & nigris loris similes maculae gignantur.** Sunt scommata <sup>Rursum duo
scismaticum ge-
nera.</sup> quæ in superficie habent speciem contumeliae, sed interdum non tangunt audi-
entes, cum eadem si obnoxio dicantur, exagitant: ut contrà sunt, quæ specie lau-
dis habent, & personam audientis efficiunt contumeliam plenam. De priore prius
dicā: L. Quintius prætor de prouincia nuper reuerterat, obseruata quod mire-
ris, Domitiani temporis prætūræ maxima castitate. Is cū æger afflidenti amico
diceret, frigidas se habere manus, renidens ille ait: Atqui eas de prouincia cali-
das paulo ante reuocasti. Risit Quintius, delectatusq; est, quippe alienissimus
à suspicione surtorum. Contrà, si hoc diceretur male sibi conscio, & sua furtare
recoleti, exacerbasset auditum. Critobolū famosæ pulchritudinis adolescentem
Socrates cum ad comparationem formæ prouocaret, iocabatur, nō irride-
bat. Certe si dicas consummatarum diuitiarum uiro, tibi excito creditor es tuos:
aut si nimis casto gratae sunt tibi meretrices, quia continua eas largitate ditasti:
utique delectabuntur, scientes his dictis suam conscientiam non grauari. Sicut
contrà sunt, quæ sub specie laudis exagitant, sicut paulo ante diuisi. Nam si ti-
midissimo dixero, Achilli uel Herculi comparandus es, aut famosæ iniquitatis
uiro, ego te Aristidi in æquitate p̄epono: sine dubio uerba laudem sonantia
ad notam uituperationis suæ uterq; tracturus est. Eadem scommata eosdē mo-
dō iuuare, modō mordere possunt, pro diuersitate p̄esentium personarū. Sūt
enim, quæ si coram amicis obijciantur nobis, libenter audire possimus. Vxore
uero seu parentibus, magistris ue p̄esentibus, dici in nos aliquod scommata no-
limus: nisi forte tale sit, quod illorum censura libenter accipiat. Ut si quis ado-
lescentem coram parentibus uel magistris irrideat, quod insanire possit conti-
nuis uigilijs, lectionibusq; nocturnis: aut uxore p̄æiente, qđ stulte faciat uxori-
um se p̄ebendo, nec ullam elegantiam eligendo formarum. Hæc enim & in
quos dicuntur, & p̄esentes hilaritate perfundunt. Commendat scommata et
conditio dictis, si in eadem causa sit, ut si alium de paupertate pauper irrideat,
si obscure natu, natus obscure. Nam Tarsius Amphias, cum ex hortulano po-
tens esset, & in amicum quasi degenerem nōnulla dixisset, mox subiecit: Sed &
nos de eisdem seminibus sumus. & omnes pariter lactos fecit. Illa uero scommata
directa, lætitia eum in quem dicuntur, infundit: si uirum fortem uituperes,
quasi salutis suæ prodigum, & pro alijs mori uolentem: aut si obiecieris libera-
li, quod res suas profundat, minus sibi quam alijs consulēdo. Sic & Diogenes
Antisthenem Cynicū magistrum suum solebat ueluti uituperando laudare.
Ipse enim aiebat, mendicū me fecit è diuite, & pro ampla domo in dolio fecit
habitare. Melius autem ista dicebat, quam si diceret, gratus illi sum, quia ipse
me philosophum & consummatæ virtutis uirum fecit. Ergo cum unum nomē
scommatis sit, diuersi continentur in eo effectus. Ideo apud Lacedemonios in-
ter cetera exactæ uitæ instituta, hoc quoq; exercitiū genus à Lycurgo est insti-
tutum, ut adolescentes & scommata sine mortu dicere, & ab alijs in se dicta p̄pe-
ti disserent. Ac si quis eorum in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset,
ulterior ei in alterum dicere nō licebat. Cum ergo uideas mi Auiene (insti-
tuenda est enim adolescentia tua, quæ ita docilis est, ut discenda p̄cipiat) cum

uideas, incepit omnes esse scommatum genus, suadeo in cōuiuijs, in quibus e
lētitiae intūdiabī ira, ab eiusmodi dictis factissimis, & magis quæstiones conuiua
les uel proponas, uei ipse dissoluas. Quod genus ueteres ita ludicru non puta
rūt, ut & Aristoteles de ipsis aliqua cōscripterit, & Plutarchus, & uester Apu
leius. Nec contemnendū sit, qd tot philosophantū cura meruit.

Cibum simplicem præferēdū effe multiplici, ut qui sit digestu facilior. Capit. .III.

Et Prætextatus: Hoc questionum genus, cum & senilem deceat ætatem,
cur soli iuueni suadetur? Quin agite omnes qui adestis hic, apta cōuiuio
fabulemur, nec de cibatu tñ, sed & siqua de natura corporum, uel alia:
præsentē maxime Disario nostro, cuius plurimum ad hoc genus quæstionum
poterit ars & doctrina conferre: fortiamurq[ue] si uidetur) ut per ordinem unus
quisque proponat quam soluendam existimet quæstionem. Hic assensu omnes,
Prætextato anteloquium detulerunt, orantes ut cum ipse ceperisset, ceteris ex si

Simplex an mul
tiplex cibis sit
digestu facili
lier.

lo consultationis eius, interrogandi constitueretur exemplum. Tum illc: Que
ro, inquit, utrū simplex an multiplex cibus digestu facilior sit: qd multos hūc,
nonnullos illum sectantes uidemus. Et est quidem superba ac cōtumax, & uel
uti sui ostentatrix continentia: contrā, amoenam se & comedere appetētia uult ut
deri. Cum ergo una censoria sit, delicate altera, scire equidem uelim, quā seruā
de aptior sit sanitati. Nec longe petendus assertor est, cum Disarius adsit, qui
quid cōueniat corporibus humanis non minus caler, quā ipsa natura huius
fabricæ autor & nutrix. Dicas ergo uelim, quid de hoc quod quæritur, medi
cinæ ratio persuadeat. Si me, Disarius inquit, aliquis ex plebe imperitorum
de hac quæstione consuluisse, quia plebeia ingenia magis exemplis quā ratione
capiuntur, admonuisse illum cōtentus forem institutionis pecudum, quib
us si simplex & uniformis cibus sit, multo saniores sunt corporibus humanis:
& inter ipsis illæ morbis implicantur, quibus (ut altiles siant) officia compositæ
& quibusdā condimentis uariae sarcintur. Nec dubitaret posthac, cum aduer
tisset animalibus simplici cibo uterib[us] familiarem sanitatem, ægredere autem
quæ saginantur, & composita uarietate crudescere. Fortasse illum attentio
rem exemplo altero fecisse, ut consideraret nullum unquā fuisse medicorum
circa curas ægredientium tam audacis negligētia, ut febrenti uarium & non
simplicem cibum daret. Adeo cōstat quā facilis digestu sit uniformis alimo
nia, ut ei uel cum infirma sit natura, sufficiat. Nec tertium desuisset exemplū,
ita esse uitandam ciborum uarietatem, ut uaria solent uina uitari. Quis enī am
bigat, cum qui diuerso uino uti, in repentinam ruere ebrietatem, necedum hoc
potus copia postulante? Tecum autem Vecti, cui soli perfectionem disciplina
rum omnium contigit obtinere, non tam exemplis quā ratione tractandum
est, quæ & me tacente clam te esse non poterat. Cruditates eueniunt, aut qualiti
tate succi, in quem cibus uertitur, si non sit aptus humoris, qui corpus obtinuit:
aut ipsius cibi multitudine, non sufficiente natura ad omnia quæ congesta sunt
concoquēda. Ac primū de succi qualitate uideamus. Qui simplicem cibum
sumit, facile quo succo eius corpus uel iuuetur uel grauetur, usu docēte cognoscit.
Nec enim ambigit, cuius sibi qualitate possellus sit, cum unum sumplerit.
Et ita sit, ut noxa, cuius causa deprehensa est, facile uiteatur. Qui autem multipli
ci ci-

ei cibo alitur, diuersas patit qualitates ex diuersitate succorum, nec concordant humores ex materiæ varietate nascentes, nec efficiunt liquidum purum' ue sanguinē, in quem iecoris ministerio uertūtur; & in uenas cum tumultu suo transf eunt. Hinc morborum scaturigo, qui ex repugnantium sibi humorum discordia nascitur. Deinde quia non omnium quæ esū sunt, una natura est, non oīa simul coquuntur: sed alia celerius, cardius alia: & ita sit, ut digestionum sequentium ordo turbetur. Nec ēm cibi quem sumimus, una digestio est: sed ut corpus nutrit, quatuor patitur digestiones: quarum unam omnes, uel ipsi quoq; hebetes sentiunt, alias occultior ratio deprehendit. Quod ut omnibus liqueat, paulo altius mihi causa repetenda est. Quatuor sunt in nobis uirtutes, quæ ad ministrandam alimoniam receperunt: Quarum una dicitur *aduentus*, quæ deor *digestiones* sum trahit cibaria confecta mandibulis. Quid ēm tam crassam materiam p; sau cium angusta fulciret, nisi eam uis naturæ occultior hauriret? Hausta uero nō continuo lapsu per omne corpus succendentibus sibi foraminibus peruum ad imum usq; descendunt, & talia qualia accepta sunt egeruntur, sed salutare officium digestionis expectant. Secundæ hoc cura uirtutis est, quam Graci, quia retentatrix est, uocat *retinencia*. Tertia, quia cibum in aliud ex alio mutat, uocatur *transmutatio*. Huic obsequuntur omnes, quia ipsa digestionibus curat. Ventris ēm duo sunt orisicia: Quorum superius erectum recipit deuorata, & in sol lem uentris recōdit. Hic est stomachus, q; paterfamilias dici meruit, quasi om̄e animal solus gubernans. Nam si ægrebat, uita in anticipi est, titubante alimo niæ meatu, cui natura tanquam rationis capaci uelle ac nolle contribuit. Inferius uero demissum intestinis adiacentibus inseritur, & inde uia est egerēdis. Ergo in uentre sit prima digestio, uirtute allœotica in succum uertente, quicquid acceperum est, cuius sex retrimenta sunt, quæ per intestina inferiore orisicio tra dente labuntur, & officio quartæ uirtutis, cui *antrum* nomen est, procura ēgestio. Ergo postq; in succum cibus reformatur, hic iam iecoris cura succedit. Est autem iecur concretus sanguis, & ideo habet natuum calorem, qui confectum succum uerti in sanguinem. Et sicut cibum in succum uerti, prima est: ita succū transire in sanguinem, secunda digestio est. Hunc calor iecoris administratum per uenæ fistulas in sua quæq; membra dispersit, parte quæ ex digestis frigi diffīlma est, in lyenem refusa: qui ut iecur calor, ita ipse frigoris domiciliū est. Nam ideo omnes dexteræ partes ualidiores sunt, et debiliore s sinistram, q; has regit calor uisceris sui, illæ contagione frigoris sinistra obtinentis hebetantur. In uenis autē & arterijs, quæ sunt receptacula sanguinis & spiritus, tertia fit di gestio. Nam acceptum sanguinem quodam modo desecat, & quod in eo aquo sum est, uenæ in uescam refundūt: liquidum uero, purumq; & altilem sanguinem singulis totius corporis membris ministrat. Et ita sit, ut cum cibum solus uenter accipiat, eius alimonia dispersa per uniuersos membrorum meatus, ossa quoq; & medullas & ungues nutrit, & capillos. Et hæc est quarta digestio, q; in singulis membris sit, dum quod unicuiq; membro datum est, ipsi mēbro sit nutrimentum. Nec tamen huic toties desecato retrimenta sua defunt, quæ cum membra omnia in sua sunt sanitatem, per occultos euanescunt meatus. Si qua uero pars corporis ægrebat, i ipsam quasi infirmiorem ultima illa quæ diximus

retrimenta labitur. Et hinc nascuntur causae morborum, quæ ^{ju}uariis medicis uoca
re mos est. Si enim fuerit ultimi succi iusto huberior multitudo, hanc à se repel-
lit pars corporis illa, quæ senior est, & sine dubio labitur in infirmam, q̄ uires
non habet repellendi. Vnde & alieni receptio distendit locum in quem cecide-
rit, & hinc creantur dolores. Hæc est ergo triplex causa uel podagræ uel cuiuslibet ex confluenzia morbi, id est multitudine humoris, fortitudo membris à se re-
pellentis, & recipientis infirmitas. Cum igitur affluerimus, quarum in corpo-
re fieri digestiones, quarum altera pender ex altera, & si precedens fuerit impe-
dita, nullus sit sequentis effectus, recurramus animo ad illam primam digestio-
nem, q̄ in uentre conficitur, & inuenietur quid impedimenti ex multiformi na-
scatur alimonia. Diuersorum enī ciborum diuersa natura est: & sunt qui ce-
lerius, sunt qui tardius digeruntur. Cum ergo prima digestio uertitur in succū,
quia non simul accepta omnia uertuntur, quod prius uersum est, dum alia tar-
dius uertuntur, acescit. & hoc sepe etiā eructando sentimus. Alia quoq̄ gibus
tarda digestio est, uelut ligna humida, quæ urgente igne sumum de se creant: sic
illa imminente igne naturæ, sumuntur: dum tardius coquuntur, siquidem nec hoc
sensum eructantis euadat. Cibus autem simplex non habet controuersiam mo-
ram, dum in simplicem simul succū uertitur. Nec digestio ulla turbatur, dum
omnes sibi statim momentorum dimensione succedunt. Siquis autem (quia nihil
impatientius imperitia) rationes has dedignet audire, extimans non impedi-
ri digestione, nūli sola ciborum multitudine, nec uelit de qualitate tractare, hic q̄
que multiformis alimonia deprehēditur causa morborum. Nam pulmentorum
uarietas recipit uaria condimenta, quibus gula ultrā q̄ naturæ necesse est, lac-
ficiuntur: & sit inde congeries, dum pruritu desiderij amplius uel certe de singulis
parua libantur. Hinc Socrates suadere solitus erat, illos cibos potius ue uitando,
qui ultra statim famem' ue sedandam producunt appetentiam. Denicē uel
proprie hoc edendi uarietas repudief, quia plena est uoluptatis, à qua seruis &
studiosis cauendum est. Quid enī tam contrarium, q̄ virtus & uoluptas? Sed
modum disputationi facio, ne uidar hoc ipsum in q̄ sumus, licet sobrium sit, ta-
men quia uarium est, accusare conuiuium.

Contra, cibum multiplicem apriorem esse quam si simplex. Caput .v.

Hec cùm Prætextato & cæteris prona assensione placuisse, Euange-
lus exclamauit, Nihil tam indignum toleratu, q̄ aures nostras Gre-
ca lingua captiuas tenet, & uerborū rotunditati assentire cogimur, cir-
cumuenti uolubilitate sermonis, qui ad extorquendā fidem agit in audiētes ty-
rannum. Et quia his loquēti labyrinthis impares nos fatemur, age Vecti hor-
temur Eustachium, ut recepta contraria disputatione, quicquid pro uario cibo
dici potest, uelit communicare nobiscum: ut suis telis lingua uiolenta succum-
bar, & Græcus Græco eripiat hunc plausum, tanq̄ cornix cornicis oculos efflo-
diat. Et Symmachus: Rem iucundam Euangeli amarius postulasti. Aude-
re enim contra tam copiose & eleganter inuenta, res ē quæ habeat utilem uolu-
ptatem: sed non tanquam ingenij insidiantes, & gloriolis tractatibus inuiden-
tes, hoc debemus experiri. Nec abngeo, potuisse me quoq̄ tanquam palinodi
am canere. Est enim rhetorica præludio, communes locos in utramuis partem
inuen-

Inuentorum alternatione tractare. Sed quia facilius Græcorum inventionibus
 à Græcis sortè alijs relata respondent, te Eustachi oramus omnes, ut sensa & in-
 uenta Disarij contrarijs repellendo, in integrum restitutas exautoratum cōuiui
 orum leporē. Ille diu hoc à se officium deprecatus, ubi tot impellētūm pro-
 cēr quibus obuiandum non erat, hortatu succubuit: Bellum (inquit) duobus
 mihi amicissimis cogor indicere, Disario & continentiae. Sed ab autoritate ue-
 stra tanq; ab edicto prætoris impetrata uenia, gulæ patronum (quia necesse ē)
 profitebor. In primo speciosis magis q̄ veris penes nos Disarius exemplis, ut
 docebitur, nostri cepit ingenium. Ait em pecudes uti simplici cibo, & ideo ex-
 pugnari difficultius earum q̄ hominū sanitatem. Sed utruncq; falsum probabo.
 Nam neq; simplex est animalibus mutis alimonia, nec ab illis q̄ à nobis mor-
 bī remotores. Testatur unum uarietas pratorum quæ depascuntur: quibus her-
 bæ sunt amara pariter & dulces, alia succum calidum, alia frigidum nutrientes:
 ut nulla culina possit tam diuersa condire, q̄ in herbis natura uariauit. No-
 tus est omnibus Eupolis, inter elegantes habēdus ueteris comediae poëtas. Is
 in fabula quæ inscribitur Aeges, inducit capras de cibi sui copia in hæc se yba-
 iactātes, πορεύεται δια την πανδωλανή. Videat ne uobis ciborum ista simplicitas, ubi
 tot enumerant uel arbusta uel frutices, nō minus succo diuersa q̄ noīe. Qd aut
 non facilius morbis hoīes q̄ pecudes occupentur, Homero teste cōtentus sum,
 qui pestilētiā resert à pecudibus esse inchoatā: qñ morbus anteq; in hoīes posset
 irrepe, facilus capis pecoribus incubuit. Sed & quanta sit mutis atq; cornicibus infir-
 mitas, uitæ breuitas indicio ē. Qd em cōrē q̄bus notitia nobis in usu est, potest
 annos hoīis æquare: nisi recurras sorte ad ea, q̄ de corūis atq; cornicibus fabu-
 losa dicuntur. Quos tamen uidemus omnibus inhiare cadaueribus, uniuersisq;
 seminibus insidiari, fructus arborum persequi. Nam non minus edacitatis ha-
 bent, q̄ de longæuitate eorum opinio fabulatur. Secundum (si bene reçor-
 dor) exemplum est, solere medicos ægris simplicem cibum offerre, non uariū:
 cum hunc offeratis (ut opinor) nō quasi digestu facillorem, sed quasi minus ap-
 petendum: ut horrore uniformis alimoniae, edēdi desiderium languesceret: qua-
 si multis concoquendis q̄ infirmitatem non sufficiente natura. Ideo si quis ægre
 scēntium uel de ipso simplici amplius appetat, subducitis adhuc desideranti. Id
 eo uobis cōmento tali, non qualitas, sed modus quererit. Qd autē in edendo
 sicut in portando suades uaria uitari, habet latentis captionis insidias, quia noīe
 similitudinis coloratur. Cæterum longe alia ciborum ratio est. Quis enim un-
 quam edendo plurimum, mente sauciatus est, quod in bibendo contingit. Far-
 tus cibo, stomacho uel uentre grauatur, infusus uino fit similis insano, opinor,
 quia crassitudo cibi uno in loco permanens, expectat administrationem dige-
 stionis, & tunc demum membris sensim consecutus illabit: potus ut natura leui
 or, mox altum petit: & cerebrum, quod in uertice locatum est, serit fumi calen-
 tis aspergine. Et ideo uaria uina uitantur, ne res quæ ad possidendum caput re-
 pentina est, calore tam diuerso q̄ subito consiliij sedem sauciet. Quod æque in
 cibi uarietate metuendum, nulla similitudo, ratio nulla persuaderet. In illa ue-
 ro disputatione, qua digestionum ordinem sermone luculento & uario digessi
 sti, illa omnia quæ de natura humani corporis dicta sunt, & nihil nocent pro-

positæ quæstionis, & eloquenter dicta non abngeo. Illi soli non assentior, quod succos uarios de ciborum uarietate confessos, dicas contrarios esse corporibus, cum corpora ipsa de contrarijs qualitatibus fabricata sint. Ex calido enim & frigido, de secco & humido constamus. Cibus uero simplex cui adest, succum de le unius qualitatis emittit. Scimus autem similibus similia nutriti. Dic quæsto unde aliae tres qualitates corporis nutrientur? Singula autem ad se similitudinem sui rapere, testis est Empedocles, qui ait:

Te autem si sepe audio Hippocratis tui uerba cum admiratione referentem:

Ergo si homo non unum, nutriendus est non ex uno. Nam & deus omnium fabricator, aërem quo circumfundimur, & cuius spiramus haustu, non simplicem uoluit habere qualitatem, ut aut frigidus sit semper, aut calet, sed nec continet siccitati, nec perpetuo eum addixit humor, quia una nos non poterat qualitate nutritre de permixtis quatuor fabricatis. Ver ergo calidū fecit, & humectum. Sicca æstas & calida. Autumnus siccus & frigidus. Hyems humida pariter & frigida est. Sic & elemēta quæ sunt nostra principia, ex diuersitatibus etiam ipsa constant, & nos nutriunt. Est enim ignis calidus & siccus. Aer humectus & calidus. Aqua similiter humecta & frigida. Terra frigida pariter & siccata. Cur ergo nos ad uniformem cibum redigis, cum nihil nec in nobis, nec circa nos, nec in ijs de quibus sumus, uniforme sit? Quod autem aescere, uel nonnunquam sumare in stomacho cibum, uis assignare uarietati, ut credamus, pronunties oportet, aut semper eum qui uario cibo uitur, hæc pati: aut nunquam illum pati, qui simplicem sumit. Si uero & qui mensa fruitur copiosa, hoc uite saepe non sentit: & qui se uno cibo afficit, saepe sustinet quod accusas, cur hoc uarietati, & non modo edacitatis assignas? Nam & de simplici audius noxiam patitur cruditatis, & in uario moderatus digestionis commodo fruierit. At inquires, ipsa immoderatio ex ciborum uarietate nascitur, titillante gula, & ad assumenda plura quam necesse est prouocante. Rursus ad ea quæ iam dixi reuol uor, cruditates de modo, non de qualitate prouenire. Modum enim seruat, qui sui potens est, & in mensa Sicula uel Afiana. Excedit impatiens, etiam si solis otii uis aut holere uescatur. Et tamen ille copiosus, si moderationem tenuit, sanitatis compos est: contraria, insanus fit ille, cui merus sal cibus est, si hoc ipsum uoraciter inuaserit. Postremò, si in his quæ sumimus uarietatem noxiā putas, cur portum remedia quæ per os humanis uisceribus insunditis, ex tam contrarijs ac sibi repugnantibus mixta componitis? Succo papaueris admiscetis euphorbiū, mandragoram, aliasq; herbas conclamati frigoris pipere temperatis. Sed nec monstruosis carnibus abstinentis, inserventes poculis testiculos cästorum, &

uenient.

A uenenata corpora uiperatum, quibus admisceris quicquid nutrit India, quicquid deuehitur herbarum quibus Creta generosa est. Cum ergo ad custodiā uitæ hoc faciant remedia, quod cibis: liquidem illa eam reuocent, iste contineat: cur illis prouidere uarietatem laboras, isti squalorem uniformitatis adiūcis? Post omnia in uoluptatem censura cothurnati sermonis inuectus es, tanq; uoluptas uirtuti semper inimica sit: & non cum in luxum spreta mediocritate prolapſa est. Quid enim agit ipse seruus, non edendo nisi cogente fame, nec portando præter litin, nisi ut de utroq; capiat uoluptatem? Ergo uoluptas non mox nomine ipso infamis est, sed sit modo utendi uel honesta uel arguenda. Parum est si accusata sit, & non etiam laudetur uoluptas. Nam cibus qui cum uoluptate sumitur, desiderio tractus, inuentrem recōditur patula expectatione rapientem: & dū animose fruictur, mox eum concoquit. Quod non ex æquo cibis evenit, quos nulla sui dulcedo cōmendat. Quid ergo accusas uarietatem quasi gulae irritamentum, cum salus sit hominis, uigore appetentiam: qua deficiente languescit, & periculo sit propior? Nam sicut in mari gubernatores uento suo, etiam si nimius sit, contrahendo in minorem modum uela præteruolant, & flatū cum maior est coērent, sopitū uero excitare nō possunt: ita & appetentia cum titillatur & crescit, rationis gubernaculo temperatur: si semel ceciderit, animal extinguitur. Si ergo cibo uiuimus, & cibum appetentia sola commendat, elaborandum nobis est cōmento uarietatis, ut hæc semper prouocetur, cum präfato sit ratio, quæ intra moderationis suæ terminos temperetur. Memineritis tamen lerido me conuiuio adesse, non anxiō. Nec sic admitto uarietatem, ut luxum probem, ubi queruntur aestiuæ niues, & hybernae rosæ: & dum magis ostentui, quām usui seruitur, syluarum secretū om̄e iustratur, & peregrina maria solicitantur. Ita enim sit, ut etiam si sanitatem sumentium mediocritias obſruata non fauiciet, ipſe tamen luxus morum sit ægritudo.

B His fauorabiliter exceptis, Disfarius, obsecutus es, inquit, Eustachi dialecticæ, ego medicinæ. Qui uollet eligere sequenda, usum consulat: & quid sit utilis sanitati, experientia docebit.

Vinum natura frigidum potius uideri quam calidum. Et cur raro famine, senes cito inebriantur.

Capit .VI.

C P Ost hæc Flauianus: Et alios quidem medicos idem dicentes semper audiui, uinum inter calida censemendum. Sed & nunc Eustachius cum causas ebrietatis attingeret, prædicabat uini calorem. Mihi autem saepe hoc mecum reputanti, uisa est uini natura frigori propior quām calor: Et in medium profero, qbus ad hoc extimandum trahor, ut uestrū sit de mea extimatione iudicium. Vinum (quantum mea fert opinio) sicut natura frigidum est, ita capax uel etiam appetens caloris sit, cum calidis fuerit admotum. Nam & serum cum tactu sit frigidum, ἐν χρόνῳ χαλκῷ διλογί si tamen solem pertulerit, concalescit, & calor aduena natuum frigus expellit. Hoc utrum ita esse ratio persuadeat requiramus. Vinum quod aut potu interioribus conciliatur, aut fortu, ut superficiē curet, adhibetur, cum infunditur cuti: quin frigidum sit, nec me dici inficias eunt: Calidum tamen in interioribus prædictant, cum non tale descendat, sed admistum calidis concalesceat. Certe respondeant uolo, cur sto-

macho in lassitudinem degeneranti, ad instaurandas constrictione uires offerrant ægredenti uinum, nili frigore suo lassata cogeret, & colligeret dissoluta? Et cum lasso(ut dixi) stomacho nil adhibeant calidum, ne crescat ulterius lassitudo, à uini potu non prohibent, defectum in robur hac curatione mutantem.

Dabo aliud indicium accidentis uino quām ingeniti caloris. Nam si quis aconitum nesciens hauserit, nō nego haustu cum mero plurimi solere curari. In fufum enim uisceribus trahit ad se calorem, & ueneno frigido quasi calidū iam repugnat. Si uero aconitum ipsum cum uino tritum potui datum sit, hauirem nullam curatio à morte defendit. Tunc enim uinum natura frigidum admisitione sui frigus auxit ueneni, nec in interioribus iam calefacit, quia nō liberum sed admisum alij, imò in aliud uersum descendit in uiscera. Sed & sudore nimio uel laxato uentre defessi uinum ingeritur, ut in utroque morbo cōstrinbat meatus. Insomnem medici frigidis oblinunt, modo papaueris succo, modo mandragora uel similibus, in quibus est & uinum. Nam uino somnus reduci solet, quod non nisi ingentis trigooris testimonium est. Deinde omnia calida Venerem prouocant, & semen excitant, & generationi fauent. Hausto autem mero plurimo, fiunt uiri ad coitum pigriores. Sed nec idoneum conceptioni ferunt, quia uini nimetas ut frigidi, facit semen exile uel debile. Hoe uero uel manifestissimam extimationis mēe habet assertionem, quod quæcumque nimirum algentibus, eadem contingunt ebrijs. Fiunt enim tremuli, pallidi, graues, & saltu tumultuantis spiritus artus suos & membra quatiantur. Idem corporis torpor ambobus, eadem lingue titubatio. Multis etiam morbus ille, quem οὐδὲντες Græci uocant, sic nimio uino, ut multo algore contingit. Respice etiam quæ genera curationum adhibeantur ebrijs. Non' ne cubare sub multis experimentis iubentur, ut extinctus calor resoueat? Non & ad calida lauaca ducuntur, non illisunctionum tempore calor corporis excitatur? Postremò, qui fiunt crebrò ebrij, citò se nesciunt. Alij ante tempus competētis aita tis uel caluitio, uel canicie insigniuntur, quæ non nisi inopia caloris eueniunt.

*Cato de rebus
sue capi. 83.* Quid aceto frigidius, quod culpatum uinum est? Solum enim hoc ex omnibus humoribus crescētemflammam uiolenter extinguuit, dum per frigus suum calorem uincit elementi. Nec hoc prætero, quod ex fructibus arborum illi sunt frigidiores, quorum succus imitatur uini saporem: ut mala seu simplicia seu granata seu cydonia, quæ cotonea uocat Cato. Hoc ideo dixerim, quod me saepe mouit & exercui mecum disputātem, quia in medium proferre uolui qd de uino extimauerim sentiendum.

Cæterum consultationem mihi debitam non omitto. Te enim Disari convenio, ut quod querendum mihi occurrit absoluas. Legisse apud Græcum philosophum memini, (ni fallor, ille Aristoteles fuit) in libro quem de ebrietate composuit. Mulieres raro in ebrietatem cadere, crebrò senes. Nec causam uel huius frequentiae, uel illius raritatis adiecit. Et quia ad naturam corporum tota hæc quæstio pertinet, quam nosse & industrie tuæ & professionis officium est, uolo te causas rei, quam ille sententiae loco dixit, si tamen philosopho a sentiris, aperire. Tum ille: Recte & hoc Aristoteles, ut cætera. Nec possum non assentiri uiro, cuius inuentis nec ipsa natura dissentit. Mulieres, inquit,

^A inquit, raro inebriantur, crebro senes. Rationis plena gemina ista sententia, & altera pender ex altera. Nam cum didicerimus quod mulieres ab ebrietate defendat, iam tenemus quid senes ad hoc frequenter impellat. Contrariam enim naturam sortita sunt muliebre corpus, & corpus senile. Mulier humectissimo est corpore. Docet hoc & leuitas cutis & splendor, docent picipue assidue purgationes superfluo exonerantes corpus humorem. Cum ergo epotum uinum intam largum ceciderit humorem, uim suam perdit, & sit dilutius, nec facilè cerebri sedem serit, sortitudine eius extincta. Sed & haec ratio iuuat sententiae ueritatem, quod muliebre corpus crebris purgationibus deputatum, pluribus cōfertum foraminibus, ut pateat in meatus, & uias præbeat humoris in egestionis exitum confluentis. Per haec soramina uapor uini celeriter euanefecit.

Mulieres cur
Uaria inebri-
entur.

^B Contra, senibus siccum corpus est, quod probat asperitas & squalor cutis. Vnde et haec ætas ad fletum sit difficilior, quod est indicium siccitatis. Intra hos uinum nec patitur contrarietatem repugnantis humoris, & integra uisua adhaeret corpori arido, & mox loca tenera, quæ sapere homini ministrant. Dura quoq[ue] esse senum corpora, nulla dubitatio est, & ideo etiam ipsi naturales meatus in membris durioribus obseruantur, & hausto uino exhalatio nulla contingit, sed totum ad ipsam sedem mentis ascendit. Hinc sit, ut & senes malis ebriorum laborent, tremore membrorum, linguae titubantia, abundatia loquendi, iracundia concitatione: quibus tam subiacent iuvenes ebrij, quam senes sobrij. Si ergo leuem pertulerint impulsu uini, non accipiunt haec mala, sed incitant, quibus ætais ratione iam capti sunt.

Senes cur faci-
le inebriantur

^C Faminis frigidior ne sit natura quam uiris, an calidior. Et carniustum non inebriet. Caput .VII.

^D P Robata omnibus Disarij disputatione, subiecit Symmachus: Ut spectata est tota ratio, quam de muliebris ebrietatis raritate Disarius inuenit, ita unum ab eo prætermisum est, nimio frigore, quod in earum corpore est, frigescere haustum uinum, & ita debilitari, ut uis eius quæ elanguit, nullum calorem possit, de quo nascitur ebrietas, excitare.

Mulieres fri-
gide.

Ad haec Horus: Tu uero Symmache frustra opinaris frigidam mulierum esse naturam, quam ego calidiorem uirili (si tibi uolenti erit) facilè probabo.

Humor naturalis in corpore, quando ætas transiit pueritiam, sit durior, & acuitur in pilos. Ideo tunc & pubes & genæ & aliae partes corporis uestiuntur. Sed in muliebri corpore hunc humor calore siccatus sit inopia pilorum,

Mulierū natu-
ram calidiorē
est quād sit
nitorum.

& ideo in corpore sexus huius manet continuus splendor & leuitas. Est & hoc in illis indicium caloris, abundantia sanguinis, cuius natura seruor ē. Qui ne urat corpus si insidat, crebra purgatione lubtrahitur. Quis ergo dicat frigidas, quas nemo potest negare plenas caloris, quia sanguinis plenæ sunt? Deinde, licet urendi corpora defunctorum usus nostro seculo nullus sit, lectio tandem docet, eo tempore quo igni dari honor mortuis habebatur, si quando usi uenisset, ut plura corpora simul incenderentur, solitos fuisse funerum ministros denis uirorum corporibus adjicere singula muliebria: & unius adiutu, quasi natura flammæ, & ideo celeriter ardantis, cætera flagrabant. Ita nec ueteribus calor mulierum habebatur incognitus. Nec hoc tacebo, quod cum calor semper generationis causa sit, sceminae ideo celerius quam pueri sunt idoneæ ad generan-

nerandum, quia calent amplius. Nam & secundum iura publica duodecimus E
annus in foemina, & quartus decimus in puerō definiuit pubertatis ætatem.

Quid plura? Non' ne uidemus mulieres, quando nimium frigus est, medio
cri ueste contentas, nec ita ope rimentis plurimis inuolatas, ut uiri solēt, scilicet
naturali calore, contra frigus quod aër ingerit, repugnante? Ad hæc reni-
dens Symmachus: Bene, inquit, Horus noster tentat uideri orator ex cynico, q
in contrarium uertit sensus, quibus potest muliebris corporis frigus probari.
Nam quod pilis (ut uiri) non obſidentur, inopia caloris est. Calor est enim qui
pilos creat. Vnde & eunuchis desunt, quorum naturam nullus negauerit frigi-
diorem uiris. Sed & in corpore humano illæ partes maxime uestiuntur, qbus
amplius ineſt caloris. Leue autem est mulierum corpus, quasi naturali frigore
denseatur. Comitantur enim algorem densitas, leuitas densitatem. Quod uero ſae F
pe purgantur, non multi, sed uitiosi humoris indicium eſt. Indigestum eſt enim
& crudum quod egeritur, & quasi infirmum effluit: nec habet ſedem, ſed natu-
ra quasi noxiū & magis frigidum pellitur. Quod maxime probatur, q̄a mu-
lieribus cum purgantur, etiam algere contingit. Vnde intelligitur frigidum eſt
ſe quod efflui, & ideo in uiuo corpore non manere, quasi inopia caloris extin-
ctum. Quod muliebre corpus iuuabat ardentēs uiros, non caloris erat, ſed
pinguis carnis, & oleo ſimiſioris, quod non illis contingere ex calore. Qd
cito admouenit generationi, non nimij caloris, ſed naturæ infirmioris eſt, ut ex
iliā poma celerius maturēcunt, robusta ſerius. Sed ſi uis intelligere in gnatio-
ne ueram rationē caloris, cōſidera uiros longe diutius perſeuerare in generan-
do, q̄ mulieres in pariendo. Et hæc tibi ſit indubitate probatio in utroq̄ ſexu,
uel frigoris uel caloris. Nam uis eadem in frigidiore corpore celerius extingui-
tur, in calidiore diutius perſeuera. Quod frigus aëris tolerabilius uiris ferunt,
facit hoc frigus ſuum. Similibus em̄ ſimilia gaudēt. Ideo ne corpus eaꝝ frigus
horreat, facit conſuetudo naturæ, quam ſortitæ ſunt frigidorem.

Sed de his singuli, ut uolunt, iudicent: Ego uero ad ſortem consulendi
uenio: & quod ſciu dignum extimo, ab eodem Disatio quero, & mihi uſque
ad effectum nimio amico, & cum in cæteris, tum in his optime docto. Nuper
in Thusciano meo ſui, cū uindemiales fructus pro annua ſolennitate legeren-
tur. Erat uidere permiftos ruſticis ſeruos, haurire uel de expreſſo, uel de ſpon-
te fluente muſtu, nec tamen ebrietate capi. Quod in illis præcipue admirabar,
quos impelli ad iſtaniam paruo uino noueram. Quero quæ ratio de muſto H
ebrietatem, aut tardam fieri faciat, aut nullam?

Ad hæc Disatius: Omne quod dulce eſt cito ſatiat, nec diuturnam deſide-
rii ſui ſidem tenet, ſed in locum ſatiatiſ ſuccedit horror. In muſto autem ſola
dulcedo eſt, ſauuitas nulla. Nam uīnum cum in infantia eſt, dulce: cum pube-
ſcit, magis ſuaue quām dulce eſt. Eſſe autem harum duarum rerum diuantiam
certe Homerus teſtis eſt, qui ait:

Μᾶς ἔτι δέ μοι ὅτερον θὲμα φέρεισθαι τὸν πόνον

Ηλέω,

καύει λίτην ἵδην διερχεται ἐλεύθερον πάντας

καὶ μέλιν γλευφόν.

Vocat em̄ mel

Cōr. frigidū
orē eī naturā
mulierū q̄ uel-
torum ſu.

^A Vocab enim mel dulce, & uinum suave. Mustum igitur, cum necdum suave ē, sed tantummodo dulce, horrore quodam tantum sumi de se non patiua, quam tum sufficiat ebrietati. Addo aliud, naturali ratione ebrietati dulcedinem re pugnare: adeo, ut medici eos qui usq; ad periculum uino distenduntur plurimo, cogant uomere: & post uomitum contra furnum uini qui remansit in uenis, panem offerunt melle illitum, & ita hominem ab ebrietatis malo dulcedo defendit. Ideo ergo non inebriat mustū, in quo est sola dulcedo. Sed & hoc idonea ratione descēdit, quod mustum graue est, & fatus & aquæ permisio ne & pondere suo cito in intestina delabitur ac profluit, nec manet in locis obnoxijebrietati. Delapsum uero relinquit sine dubio in homine ambas qualitates naturæ suæ, quarum altera in flatu, altera in aquæ substantia est. Sed flatus quidem quasi æque ponderosus in ima delabitur, aquæ uero qualitas non solum ipsa non impellit in infaniam, sed & siqua uinalis fortitudo in homine re sedet, hāc diluit & extinguit. Inesse autem aquam musto uel hinc docetur, q; cū in uetus statem procedit, sit mensura minus, sed acrius forūtudine, quia exhalata aqua qua molliebatur, remanet uini sola natura cum fortitudine sua libera, nulla diluti humoris permisio ne mollita.

De facilitate vel difficultate digestionis quorundam ciborum, d; q; aliis quibusdam questionibus opp̄do quem arguit.

Caput .VIII.

Furiū cur diff̄
cibū digeruntur sic

^B P ost hæc Furius Albinus: Ego quoq; pro uirili portione Disarium nostrum inexercitum non relinquio. Dicas quæso, quæ causa difficile digerstu facit iſitium, quod ab infectione iſitium dictū (amissione enim literæ, postea quod nunc habet nomen obtinuit) cum multum in eo digestionem futuram iuuerit tritura tam diligens, & quicquid graue erat carnis aſsumperit, consummationemq; eius multa ex parte cōſecerit. Et Disarius: Inde hoc genus cibi difficile digeritur, unde putas ei digestionem antè prouisam. Leuitas enim quam tritura præſtit, facit ut innatet uido cibo, quem in medio uentris inuenerit: nec adhaereat cuti uentris, de cuius calore digestio promouetur: sic & mox tritū atq; ſirmatum, cum in aquam coniicit, natat. Ex quo intelligitur, quod idem faciens in uētris humore, subducit ſe digestionis necessitatib; & tam ferò illuc coquit, q; tardius conficiunt, quæ uapore aquæ q; que igne ſoluuntur. Deinde dum iſitius teritur, multus ei flatus inuoluitur, qui prius in uentre consumendus est, ut tum demū conficiatur quod remansit de carne iam liberz. Hoc quoq; ſcire habeo, Furius inquit, q; faciat cauſa nōnullos carnes ualidiores facilius digerere q; tenues. Nam cum citò coquant offas bubulas, in asperis pīſcībus coquendis laborant. In his Disarius ait: Huius rei autor est nimia in homine uis caloris, quæ ſi idoneam materiem ualidam libere congregatur, & citò eam in cōcertatione consumit: leuem modo præterit ut latētem, modo in cinerem potius quam in succum uertit: ut ingentia robora in carbonum frusta lucentia igne uertuntur, paleæ ſi in ignem ceciderint, mox ſolum de eis cinerem reſtat uideri. Habes & hoc exemplum non diſſonum, q; potentior moila ampliora grana confringit, integra illa quæ ſunt minutiora transiit. Venio nimio abies aut quercus auelliū, cannā nulla facilē frangit procella. Cūq; Furius delectatus enarrātis ingenio, plura uellet interrogare, Cecinna ſe Albi nus obie-

Carnes ualidæ
ores quare alē
quando facilē
uā digerantur
quam tenues.

nus obiecit: Mihī quoq; desiderium est habendi paulisper negotij cum tam la
E
 sinapi & pi-
 per cur appo-
 sita cuti, uul-
 nus excutēt, de-
 uorata nō le-
 dant.

*Cur uina fri-
 gida in Aegy-
 pto.*

Et Disarius: Species(inquit)& acres &
 calid x, superficiem cui apponuntur exulcerant: quia iniegra uiruite sua sine al-
 terius rei admistione utuntur ad noxiā. Sed si in uentrem recepta sint, soluit
 uis earum uentralis humoris alluuione, qua fiunt dilutiones. Deinde prius uer-
 tuntur in succū uentris calore, q̄ ut integra possint nocere. Cecinna subiecit,
 Dum de calore loquimur, admoneor rei, quam semper quae situ dignam puta-
 ui: Cur in Aegypto q̄ regionū alias calidissima est, uinum nō calida, sed penē
 dixerim frigida uirtute nascatur. Ad hoc Disarius: V̄su tibi Albine cōper-
 tum est, aquas q̄ uel de altis puteis, uel de fontibus hauriuntur, sumare hyeme,
 æstate frigescere. Quod sit nō alia de causa, nisi q̄ aère, qui nobis circumfulsus
 est, propter temporis rationem calēte, frigus in terrā imā demergit, & aquas
 insicit, quarum in imo est scaturigo. Et contrā cum hyemē aér præsert, calor in
 interiora demergens, aquis in imo nascentibus dat uaporem. Quod ergo ubi
 q̄ alterna uarietate tēporis, hoc in Aegypto semp est, cuius aér semper est in
 calore. Frigus em̄ imā petens, uitium radicibus inuoluit, & talē dat qualitatem
 succo inde nascenti. Ideo regionis calidae uina calore caruerunt. Tractatus
*Aqua calida
 cur motu fiat
 calidior.*

noster, Albinus inquit, semel ingressus calorem, non facile aliō digrediuit. Di-
 cas ergo uolo, cur qui in aquam descendit calidā, si se non mouerit, minus urit:
 sed si agitat uo suu aquam mouerit, maiorem sentit calorem: & totiens aqua
 urit amplius, quotiens nouus ei motus accesserit. Et Disarius: Calida(inqt)
 quae adhæserit nostro corpori, mox præbet tactum sui māsuetiorem, uel quia
 cuti affuevit, uel quia frigus accepit à nobis. Motus uero aquā nouam corpo-
 ri applicat, & cessante affuetudine, de qua paulo ante diximus, semper nouitas
 auget sensum caloris. Cur ergo, Albinus ait, æstate cum aér calidus flabro
 mouetur, non calorem, sed frigus acquirit: eadem em̄ ratione & in hoc seruorē
 deberet motus augere. Non eadem ratio est, Disarius inquit, in aquæ & ae-
 ris calore. Illa em̄ corporis solidior est: & crassā materies, cum mouetur, inte-
 grā uia sua supliciem cui admouerit inuidit: aér motu in uentū soluiuit, & liqui-
 dior se factus agitat, flatus efficit. Porrò ut flatus illud remouet quod circum-
 fulsum nobis erat, erat autem circa nos calor. Remoto igitur per flatum calore,
 restat ut aduenam sensum frigoris præstet agitatus.

*Cur se in orbē rotātes patiuntur uertiginē capitis. Et quomodo cerebrū ipsum sensus expers, sensus tamē in ce-
 teris membris gubernet. Inibīq; obliter, quae partes humani corporis sensu careant.* Cepit .IX.

*Rotates se in
 orbē, cur uer-
 tiginē patiun-
 tur.*

H

TInterpellat Euangelus pergentem consultationem: & exercebo, inquit, Di-
 sarium nostrum, si tamen minutis illis suis & rotantibus responsionibus fa-
 tis faciet consulenti. Dic Disari, cur qui ita se uertunt, ut sœpe in orbem ro-
 tentur, & uertiginem capitis & obscuritatem patiuntur oculorum. postremō, si
 pseuerauerint, ruūt, cum nullus alias motus corporis hāc ingerat necessitatē?

Ad hāc Disarius: Seprē, inquit, corporei motus sunt. Aut em̄ accedit prior
 sum, aut retrorsum recedit, aut in dexterā lēuam ue deuertit, aut sursum, pmo
 ueit, aut dcorsum, aut orbiculatim rotat. Ex ijs septem motibus, unus tantū in
 diuinis

diuinis corporib⁹ inueniēt, sphaeralē dico, quo mouetur cœlum, q̄ sidera, q̄ cœ
 tera mouent elementa. Terrenis animalibus illi sex p̄cipue familiares sunt, sed
 nonnunq̄ adhibeū & septimus. Sed sex illi ut directi, ita & innoxij. Septimus,
 id est qui gyros efficit, cerebro conuersu turbat, & humoribus capit⁹ inuoluit
 spiramētum, quod animā cerebro quasi oēs sensus corporis gubernanti mini-
 strat. Hoc est autē spiramētum, qđ ambiens cerebrū singulis uim suam sensibus
 præstas: hoc est, quod neruis & musculis corporis fortitudinē præber. Ergo y-
 tigine turbatum, & simul agitatis humoribus oppresum languescit, & minist-
 riū suū deserit. Inde sit ijs qui raptant in gyros, hebetior auditus, uisus ob-
 scurior. Postremo neruis & musculis nullam ab eo uirtutem quasi deficiēte su-
 mentibus, totum corpus quod ijs sustinet & in robur erigitur, desertū iam ful-
 cimentis suis, labitur in ruinā. Sed cōtra hæc om̄ia, consuetudo, quam secundā
 naturam pronunciauit usus, illos iuuat, qui in tali motu ſepe uerſantur. Spiramē-
 tum enim cerebri, quod paulo antè diximus, affuetū rei iam non ſibi nouæ,
 non paueſcit hunc motū, nec ministeria ſua deserit. Ideo cōſuetis etiam iſte agi-
 tatus innoxius eſt. Et Euāgelus: Irretitum te iam Disari teneo, & ſi uerē op̄i-
 nor, nufq̄ hodie effugies. Et alios enim in arte tibi ſocios, & iſpsum te audiui ſæ-
 pe dicentē, cerebro nō eſſe ſenſum: ſed ut oſſa, ut dentes, ut capillos, ita & cere-
 brum eſſe ſine ſenſu. Verē nō ē hæc uos dicere ſolitos: an ut falſum refelles Di-
 fari? Verum ait ille. Euāgelus: Ecce iam clauſus eſt. Vt enī concedam t̄bi
 p̄ter capillos in homine aliiquid eſſe ſine ſenſu, qđ non facile p̄ſuaduſt, tamē
 cur ſenſus om̄es paulo antè dixisti à cerebro miniftrari, cūm cerebro nō in eſſe
 ſenſum ipſe fatearis: Poteſt' ne excuſari huius cōtrarieatis auſum, uel uestri oris
 nota uolubilitas? Et Disarius renidens: Retia qbus me irretitū tenes, nimis
 rara ſunt, nimis patula. Ecce me Euāgele ſine niſu inde exēptum uidebis. Opus
 naturæ eſt, ut ſenſum uel nimium ſicca, uel nimiū humecta non capiant. Oſſa,
 dentes cum unguib⁹ & capillis nimia ſiccitate ita dēſata ſunt, ut penetrabilia
 non ſint effectui animæ, que ſenſum miniftrati. Adeps, medulla, & cerebrū ita
 in humore atq̄ mollitię ſunt, ut eundē effectū animæ, quem ſiccitas illa non re-
 cipit, mollitię iſta non teneat. Ideo tam dētibus, unguib⁹, oſſibus, & capillis,
 atq̄ adipi, medullis, & cerebro, ſenſus in eſſe nō potuit. Et ſicut ſectio capillorum
 nihil doloris ingerit, ita ſi ſecetur uel dens, uel os, ſeu adeps, ſeu cerebrū, ſeu me-
 dulla, aberit omnis ſenſus doloris. Sed uideamus (inquierat) tormentis affici,
 quibus ſecantur oſſa: torqueri homines & dolore dētium. Hoc uerum quis ab-
 neger? Sed ut os ſecetur, omentum quod impositum eſt oſſi, cruciatum dum ſe-
 ctionem patitur, importat. Quod cum medici manus tralit, os iam cum medul-
 la quam contineat, habet indolentiam ſectioni ſimilem capillorum. Et cum den-
 tium dolor eſt, non os dentis in ſenſu eſt, ſed caro que continet dentem. Nam
 & unguis quantus extra carnem crescendo pergit, ſine ſenſu ſecatur: qui carni
 adhaeret, iam facit ſi ſecetur dolorem, nō ſuo, ſed ſedis ſuæ corpore. Sicut capil-
 lus dum ſuperior ſecat, nescit dolorem: ſi auellatur, ſenſum accipit à carne quā
 deſerit. Et cerebrum quod tactu ſui hominem uel torquet uel frequenter inter-
 ſimit, non ſuo ſenſu, ſed uestitus ſui, id eſt omenti, hunc importat dolorem. Ergo
 diximus que in homine ſine ſenſu ſunt, & que hoc cauſa faciat, indicatum eſt.

Reliqua

Deter, qđ, &
dīs quædem
boniſ ſenſa
carre.

Cerebri sensu carēs, quō corporis sensus gubernet. Reliqua pars debiti mei de eo est, cur cerebrū, cum sensum non habeat, sensus gubernet. Sed de hoc quāq; tentabo si potero esse soluēdo. Sensus de quibus loquimur, quāq; sunt: uisus, auditus, odoratus, gustus, & tactus. Hi autē in corpore sunt, aut circa corpus, solisq; sunt caducis corporibus familiares. Nulli enim diuino corpori sensus inest. Anima vero omni corpore, uel si diuinū sit, ipsa diuinior est. Ergo si dignitas diuinorū corporū, sensum designatur, quasi aptum caducis: multo magis anima maioris est maiestatis, q̄ ut sensu egeat. Ut autē homo cōstet & uiuum animal sit, anima praeſtat quae corpus illuminat. Porro illuminat inhabitādo, & habitatio eius in cerebro est. Et sphaerālis enim natura, & ad nos de alto ueniens, partem in homine & altam & sphaerālem tenuit, & quae sensu careat, q̄ non est animae necessarius. Sed quia necessarius animali ē, locat in cauernis cerebri spiramentū de effectibus suis. Cuius spiramentū natura hæc est, ut sensus & ingerat & gubernet. De his ergo cauernis, quas uētres cerebri nostra uocauit antiquitas, nascuntur neruorum septem οὐργίαι: cui rei non men quod ipse uoles, Latinum facito. Nos em̄ οὐργίαι neruorum uocamus, cū binī nerui pariter emergūt, & in locum certum desinunt. Septem igit̄ neruorum οὐργίαι de cerebri uentre nascentes, uicem implent fistularum, spiramentū sensilicū ad sua quāq; loca naturali lege ducentes, ut sensum uicinis & longe positis mēbris animalis infundant. Prima igit̄ οὐργία neruorum, taliū petit oculos, & dat illis agnitionē specier̄, & discretionē color̄. Secunda in aures se diffundit, per quam eis innascitur notitia sonorum. Tertia naribus inseritur, uim ministrans odorandi. Quarta palatū tenet, per quod de gustatibus iudicatur. Quinta uero corpus omne implet. Omnis em̄ pars corporis, mollia & aspera, frigida & calida discernit. Sexta de cerebro means stomachum petit, cui maxime sensus est necessarius, ut quae delunt appetat, supflua respuat, & in homine sobrio se ipse modere. Septima οὐργία neruorum, infundit sensum spinali medullæ, quae hoc est animali, quod est nauī carina. Et adeo usū aut dignitate picipia est, ut longum cerebrum à medicis sit uocata. Ex hac deniq; ut ex cerebro diuersi nascuntur meatus, uirtutem tribus animae propositis ministrātes. Tria sunt enim, q̄ ex animae prouidentia accipit corpus animale, ut uiuat, ut decorē uiuat, & ut immortalitas illi successione querat. His tribus propositis (ut dixi) anima, per spinalem medullam præberet effectus. Nam cordi & iecori & spandleri ministerijs, quae omnia ad uiuendum pertinet, uires de spinalibus quos diximus, meatis ministrātur. Nervis etiam manū, pedum, aliar̄ ue partiū per quas decorē uiuit, uirtus inde præstat. Et ut ex his successio procurat, nervi ex eadem spinali medulla pudendis, & matrici, ut suum opus impleat, ministrant. Ita nulla in homine pars corporis sine spiramento, quod in uentre cerebri locatum est, & sine spinalis medullæ beneficio cōstat. Sic ergo sit, ut cum ipsum cerebrum sensu careat, sensus tamen à cerebro in omne corpus proficiat. Euge Græculus noster, Euangelus ait, tam plane nobis ostendit res operu naturæ teatas, ut quicquid sermone descripsit, oculis uidere uideamur. Sed Eustachio iam cedo, cui præripui cōsulendi locum. Eustachius: Modo uel uir omnium disertissimus Eusebius, uel quicquid uolent alij, ad exercitium consultationis accedant. Nos postea liberiore otio congreediemur.

Qui fiat, ut

A Qui si sit, ut caluitum patet atq; canities, anteriores capitū partē primum invadant. Deinde, cur farnius ex eunuchis uox sit quam uiris exilio.

Caput .X.

E Rgo(ait Eusebius) habēdus mihi sermo est. Disari, tecum de ætate, cuius ianuam iam penè ambo pulsamus. Homerus cum senes πλοκητέφης οὐ cat, quero utrum ex parte poetico more totum caput significare uelit, an ex aliqua ratione canos huic præcipue parti capitū assigneret. Et Disarius: Et hoc diuinus ille uates prudenter ut cetera. Nam pars anterior capitū humidi-
or occipitio est, & inde crebrò solet incipere canities. Et si pars anterior, ait ille, humidiōr est, cur caluitum patitur, quod nō nisi ex siccitate contingit? Op-
portuna, inquit Disarius, obiectio, sed ratio non obscura est. Partes enim priorēs capitū fecit natura rariores, ut quicquid superflui aut fumei flatus circa ce-
rebrum fuerit, euaneat per plures meatus. Vnde uidemus in siccis defuncto-
B rum capitibus uelut quādam suturas, quibus hemisphaeria (ut ita dixerim) ca-
pitū illigantur. Quibus igitur illi meatus fructū ampliores, humorē siccitate mutant: & ideo tardius canescunt, sed nō caluitio carēt. Si ergo siccitas cal-
uos efficit, ut posteriora capitū sicciora esse dixisti, cur caluum occipitū nun-
quam uidemus? Ille respondit: Siccitas occipitū non ex uitio, sed ex natura
est. Ideo omnibus siccā sunt occipitia. Ex illa autem siccitate caluitum nascitur,
quae per malam temperiem quam Græci ἀγαπῶν uocare solent, contingit. Vn-
de capillo crispi, quia ita tēperati sunt, ut capite sicciorē sint, tarde canescunt, ci-
tò in caluitum transeunt. Contrà, qui capillo sunt rariores, non eo facile nudan-
tur, nutritiōe humorē quod φλεγμα uocatur, sed fit illis cīta canities. Nam id-
C eo albi sunt cani, quia colorem humoris quo nutriuntur, imitantur. Si ergo
senibus abundātia humoris capillos in canitiē tingit, cur senecta opinionem
exactā siccitatis accepit? Quia senecta (ille inquit) extinctō per uetus statē
naturali calore, sit frigida: & ex illo frigore gelidi & superflui nascuntur humo-
res. Cæterum liquor uitalis longæuitate siccatus est. Inde senecta siccā est ino-
pia naturalis humoris, humecta ē abundantia uitiosi ex frigore procreata. Hinc
est, quod ex uigilijs ætas grauior efficitur, quia somnus qui maxime ex humorē
cōtingit, de non naturali humorē nascitur. Sicut est multus in infantiā, quae
humida est abundantia non superflui, sed naturalis humoris. Eadem ratio est,
quae pueritiam canescere non patitur, cum sit humectissima. Quia nō ex frigo-
D re nato phlegmate humida est, sed illo naturali & uitali humorē nutrit. Ille em-
humor, qui aut de ætate frigore nascit, aut cuiuslibet uitiositatis occasione con-
trahitur, ut superfluis, ita & noxius est. Hunc uidemus in foeminis, ubi nō cre-
brò egeratur, extrema munitantem. Hunc in eunuchis debilitatem tibij inge-
rentem: quarum ossa quasi semper in superfluo humorē natantia, naturali uir-
tute caruerunt: & ideo facile intorquētur, dum pondus suppositi corporis fer-
re non possunt, sicut canna pondere sibi imposito curuat. Et Eusebius: Quo-
niā nos à senectute usq; ad eunuchos traxit superflui humoris disputatio, di-
cas uolo, cur ita acuta sint uocis, ut saepē mulier an eunuchus loquatur, nisi ui-
deas, ignorest? Id quoq; facere superflui humoris abundantiam ille respon-
dit. Ipse enim ἀγαπῶν per quam sonus uocis ascendit, efficiens crassiorem, angu-
stat uocis meatum: & ideo uel foeminis uel eunuchis uox acuta ē, uiris grauis,
quibus

Vox iſſarū et
eunuchis que-
retenuerit.

quibus uocis transitus habet liberum & ex integro patentem meatum. Nasci autem in eunuchis & in feminis ex pari frigore, parem penè importuni humoris abundantiam, etiam hinc liquet, quod utruncq; corpus sæpe pinguiscit. Certe hubera propè similiter utriscq; grandescunt.

Cur quos pudet aut qui gaudent, rubescunt: at metuentes, pallor invadat. Capit .XI.

Gell. 19.4. **H** Is dicitis, cum ad interrogandum ordo Seruium iam uocaret, naturali pressus ille uerecundia, ulcq; ad proditionem coloris erubuit. Et Disarius: Age Serui non solum adolescentium, qui tibi æquæxi sunt, sed serum quoq; omnium doctissime, commæcula frontem, & sequestrata uerecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiscū libere quod occurrit in interrogatis tuis, non minus doctrinæ collocaturus, quam si alijs consulentiis ipse respondeas. Cumq; diutile tacentem crebris ille horribus excita rei. Hoc, inquit Seruius, ex te quæro, qd mihi contigisse dixisti. Quæ facit causa, ut rubor corpori ex animi pudore nascatur? Et ille: Natura, inquit, cum quid ei occurrit honesto pudore dignū, imum perendo penetrat sanguinē: quo com moto atq; diffusio cutis tingit, & inde nascitur rubor. Dicunt etiam physici, qd natura pudore tacta, ita sanguinē ante se pro uelamēto tēdat, ut uidemus quenque erubescēt manum sibi ante faciem frequēter opponere. Nec dubitare de ijs poteris, cū nihil aliud sit rubor, nisi color sanguinis. Addit Seruius: Et quae gaudent, cur rubescunt? Disarius, Gaudiū, inquit, extrinsecus contingit. Ad hoc animoso occurstu natura festinat, quā sanguis comitando quasi alacritate in

Quare timentes rubescunt. **G** **tegritatis suæ cōpotem, tingit cutē. Et inde similiis color nascit. Idem resert: Contrà, q metuunt, qua ratione pallescunt? Necho, Disarius ait, in occulto est. Natura em̄ cum qd de extrinsecis cōtingentibus metuit, in altū tota demergit: sicut nos quoq; cum timemus, latebras & loca nos occulenta quærimus. Ergo tota defēdens ut lateat, trahit secum sanguinē, quo uelut curru semp uehiit. Hoc demerso, humor dilutior cuti remanet, & inde pallescit. Ideo timentes & tremunt, q uirtus animæ introsum fugiens neruos relingt, quibus tenebatur fortitudo mēbrorum, & inde saltu timoris agitant. Hinc et laxamentū uētris comitā timorē, q musculi qbus claudebant retrimento, meatus, fugiētis in trorsum animæ uirtute deserti, laxat uincula, qbus retrimēta usq; ad digestiōis opportunitatē cōtinebant. Seruius his dictis uenerabiliter assensus, obticuit.**

De qua flunculis tredecim, Disario ab Auieno propositis. Capit .XII..

*prima quæstio
ab' Auieno
proposita.*

T Vnc Auienus: Quia me ordo, ait, ad similitudinē consultationis applicat, reducendus est mihi ad conuiuiū sermo, q longius à mensa iam fuerat enagatus, & ad alias trāsierat quæstiones. Sæpe apposita salita carne, quā laridum uocamus, ut opinor, quasi large aridū, querere mecum ipse constitui, qua ratione carnē ad diuturnitatē usus admistio salis seruet. Hoc licet ex timore mecum possim, malo tñ ab eo q corpora curat, certior fieri. Et Disarius: Omne corpus suapte natura dissolubile & marcidū est: & nisi qdam uinculo cōtineat, facile defluit. Continenat autē qdiu ineſt anima reciprocatione aēris, qua uegerant cōceptacula spiritus, dum semp nouo spirādi nutriunt alimenta. Hoc cellante q animæ discernit, mēbra marcescunt, & omne pōdere suo confitūtum corpus obseruit. Tum sanguis etiā (qui qdiu fuit cōpos caloris, dabat mēbris ui-

bris uigore) calore discedente uerius in faniē, non manet intra uenas, sed foras
 A exprimiē, atq; ita laxatis spiramentis, effluit tabes seculēta. Id fieri sal admistus
 corpori prohibet. Est enim natura siccus & calidus, & fluxum quidem corpo-
 ris calore contrahit, humor em uero siccitatē uel coēret, uel exorbet. Certe hu-
